


2
6
273









XXII

LVGDVNENSE

Concil

~~Maal~~

Durant

1569

656

IN SACROSAN-CTVM LVGDVN. CONC. SVB GREG. X. GVILELMI DVRANTI COGNOMENTO SPECVLATORIS Commentarius.

NVNC PRIMVM A SIMONE MAIOLO V. I. C. ASTEN. INVENTVS, ET IN LVCEM EDITVS, MARGINIBVSQVE tum ad operis fidem, tum ad authoris laudem ab eodem exornatus.

Opus quod ultra annos tercentum latuit in hunc diem.



Ipsa sibi improbitas noxia; non alii.







FANI APVD IACOBVM MOSCARDVM. M. D. LXIX.
De Licentia Ordinarii, Et Reuer. P. Inquisitoris.
Cum Priuilegio Summi Pontificis ad decennium.

SANCTISS. AC BEATISS. D. D. PAPAE PIO QVINTO,

Simon Maiolus. S.



VGDVNENSEM Synodum quæ ſub Gregorio.x. tam frequẽti prælatorum, ac principum conſeſſu celebrata eſt, dudum mirabar nuſquam in priſcorum monumentis ſuo ordine extare deſcriptam, quum tamen a multis hinc ſæculis nulla fuerit, quæ tam breui (uidelicet trimeſtri) efficacius hæreſes euulſerit, & fidem Chriſti latiùs propagarit: conſtat etenim Græcos in ea Spiritum Sanctum etiam a Filio procedere profeſſos eſſe, Tartaros reliquaſq; adiacentes regiones ſacrum baptiſma, multis extructis cœnobiis, ſuſcæpiſſe. Quam rem cum curioſius exquirerẽ, occurrit mihi elegantiſsimus ille Guillelmi Duranti qui ipſi Concilio interfuerat, commentarius, deſpectus, imis tenebris iacens fermè incognitus: Et quia inter ſacrorum canonum profeſſores ille ut antiquitate, ita ſapientia, ac integritate præcellit, & reliqua eius monumenta ſummam in omni foro authoritatẽ conſequuta ſunt, non potui non magnifacere ipſius tam præclarum opus, uel hac præcipua ratione, quod eius Synodi conſtitutiones perpulcro ordine digeſſerit: & ex eo Mollinei deliramenta refelli poſſint. Cum itaque excudendum putarem, & ad pu-

blicam vtilitatem edendum, operæpretiũ duxi, alii nemini dicandum, quã sub Sanctitatis V. numine, & maiestatis auctoritate, nã ut hic ipse Guillelmus Diui Dominici tunc primo florentem ordinem subierat Beatitudini v. vt in ipsius ordinis, totiusq; orbis summo fastigio sedenti iure debetur. Commentarius etenim est in œcumenici Concilii constitutiones, quæ (vna tantũ excepta) in iuris corpore inclusæ sunt, & ab eo compositus, qui rei ipsi gestæ interfuit, quiq; constituentis Pontificis, & Cõcilii mentem intima notione perspexerat: ita ut tanto illustrior reliquis omnibus sit huius interpretatio quanto solis lumen cœteros ex reflexu factos splendores fulgore antecellit. Ideoq; iuremerito soli Maiestati V. dicari oportuit: præsertim quod primitiæ meæ sunt (licet ex agro alieno) quas Pontifici offerri æquum videtur. Me equidem non tantũ furti damnandum putassem si opus hoc celassem, verumetiã læsæ maiestatis, si quod ad Pontificẽ spectaret mihi arrogassem non aliter ac crimine repetundarũ damnatur qui compertã fisci pecuniam in suos vsus conuerterit. Sic itaq; Sanctiss. ac Beatiss. Pater rẽ ad ius, & proprietatẽ tuam pertinentẽ benigne, ac lubenter suscipe, tamquã longo tercentum annorum postliminio vindicatã, (& si ita dicere licet) ab interitu resurgentem. Bene valeat Beatitudo v. cuius sanctissimos pedes tota humilitate deosculor, orans illi Diui Petri annos, & in vniuerso orbe cõuertendo summam efficaciam.

Fani. XV. Cal. Maii. M. D. L X I X.

GVILLELMI DVRANTI COGNOMENTO SPECVLATORIS. VITA.

Per Simonem Maiolum multis auctoribus, ac peruetustis monumentis collecta.



VILLELMVS Duranti Narbonensi Gallia ortum ducit; & tametsi non satis constet clarisne, an obscuris parentibus genus traxerit; tamen uel ipsius testimonio compertum est eum Biterenensi Dioecese oriundum. Hic primam adolescentiam in Italia consumpsit Bononiæ, ubi litteris, ac moribus Italicis imbutus breui animum ad omnia usq; adeo uersatilem composuit, ut Italum non Gallum putatum ferant. Bernardi Compostellani, & Henrici Secusiani qui postea Cardinalis Hostiensis dictus est, auditor aßiduus tãtum sese indefessum præstitit in Sacrorum Canonum, ac legum studijs, ut quàm citißime eum præcæteris excelluisse omnes uno ore predicent, & ab uniuerso Bononiensi Collegio priuata arduæ quæstionis examinatione sese approbatũ fuisse, idem ipse scriptum reliquit. Lauream adeptus iuri Canonico publicè interpretando operam impendit: primum quidem (ut scribit Dipplouataccius) Bononiæ, deinde Mutinæ, quo loco Gratiani decretum commentariis exornauit, factusq; celebrior ob huiusmodi publicè interpretandi professionem sub Clemente IIII. Pontifice etiam Narbonense Capellanus, & Palatii auditor generalis efficitur circa annum ætatis trigeßimum quartum: quo magistratu & pie, & integerrime gesto, magnis multisq; auctus est dignitatibus Ecclesiasticis, canonicatibus, scilicet Beluacensi, ac Narbonensi, cum Carnotensi Decanatu. Mortuo Clemente Viterbii, & post triennalem Sedis Apostolicæ uacationem Gregorio X. creato, eiusq; iussu coacto Lugduni Concilio generali Guillelmus ipsius Papæ mandato in Synodo multas constitutiones promulgandas curauit, magna, atq; efficaci auctoritate: quas uniuersas sub Nicolao .III. cõmentariis exornauit. Cuius Pontificis iussu intermisso Palatij auditoris munere Patrimonio Beati Petri æquè tẽporalibus, ac spiritualibus curis præfectus est, & ob ingentes populorum factiones pluribus promulgatis statutis ciuilibus, et Ecclesiasticis Bononiæ, et tota Romãdiolæ Prouincia a quibuscumq; uniuersitatibus, Principibus, ac Baronibus iuramentum fidelitatis exegit Romanæ Ecclesiæ, & ipsius Nicolai III. nomine Regens, enim Rectorue, ac Comes Patrimonii nuncupatus est. Sed & Capitaneus generalis in uniuersa Romãdiola, Flaminia, Bononia, & Tuscia dictus est, sicut & Vrbino, Massa Trabaria, Reatinaq; Dioecese, ac aliis multis. Nec

solum bene gerendæ Reip. peritiam calluit, uerumetiam Re bellica peritissimus æquè, ac inuictissimus extitit. Exercitui etenim præfuit eo bello quod Romana Ecclesia fortiter tunc gessit aduersus perduellionis reas Ciuitates Prouinciæ Romandiolæ, atq; Flaminiæ; nō tamen bello semper præfuit, ut Castrorum ductator fundendo sanguini, sed ut militibus sumptus, atq; annonam erogaret, lites componeret, Castrorum classisq; negotia suo arbitratu perageret, quod uel ipsius testimonio compertum habemus: Quum uero Foroliuienses ab Ecclesia Romana desciuissent, nonnullaq; oppida oppugnassent a Martino IIII. debellatum illos mittitur; summaq; ope usus totam Flaminiam in ditionē Ecclesiæ restituit, fautoribusq; perduelliōnū in Pedemontanos relegatis obsides accepit illorum filios anno D. 1284. Qua tempestate quū Vrbinates Castrum Riparum, Massæ Trabariæ funditus euertissent, hic idē Guillelmus tunc Papæ Nuntius, & Romandiolæ Thesaurarius Romani nominis tuendi causa illud ipsum Castrum quod antea in monte situm erat in ipsa planitiæ construi, ac reffici iussit, primumq; fundamentis lapidem iecit loco amenissimo, ac amplissima planitiæ qua Methaurus in peninsulæ formā Castrum circumducit, suoq; de nomine Castrum Durantis appellauit. Cuius rei monumenta marmorea adhuc extant in ipsius nunc oppidi prætorio. Indeq; Comes, ac Marchio nuncupatus est, sicut, & alias Comes Gaballitanus dictus est. Cumq; præterea Episcopus Mimatensis in Gallia Aquitanica promotus esset, & non multo post tempore aliquot interpositis Pontificibus Bon. VIII. in Diui Petri Cathedra insedisset ab illo ad Rauennatem Ecclesiam transferri iussus est, sed constanti animo tanti Archiepiscopatus onus repudiauit. Indeq; cum iā senuisset ab eodem Bonif. nuntius ad Sultanum decretus est anno D. 1296. Peregreq; proficiscens hanc nactus occasionem ad Sanctiss. D. N. Sepulcrū suscæpto Diui Dominici habitu Nicosiæ quæ Metropoliatna Cypri Ciuitas est, clausit extremum diem, & in Dominicanorū AEde depositus, Pridie Nonas Iulii, quo loco in hunc usq; diem Epithafium marmore inscriptum uisitur. Tādem post trimestre cadauer Romam relatū est, & Calend. Nouemb honorificè tumulatur in AEde Mineruę sacello quo marmoreum monumentum multis carminibus rudiusculis ornatum adhuc inspicitur; quæ duo Epitaphia breuitatis gratia omittuntur, Multa uero suæ uirtutis uestigia reliquit; Speculū etenim iuris opus singulare composuit, quod Othoni Cardinali, Innocentii IIII. nepoti dicarat, qui cum postea Pontifex creatus esset, & Hadriani. V. nomen sumpsisset, iam hunc in Cardinalium cætum promouendū statuerat, sed immatura mors superueniens die Pontificatus quadragesima, omne conceptæ spei fructū ademit: authoritas tamen hominis ob egregiū opus aucta est, & omnium consensu Speculatoris cognomentum est consequutus, opus ipsum ex aliorū ueterū scri-

ptis in unum collectis uniuersum constat, nam uel integros Codices transtulit, ut in Noctibus Fanestribus dicturi sumus. Ideoq; Ioãnes Andreæ ei grandia furta obiicit, & Corniculam Flacci nuncupat, quàm q aliquando eiusmodi furta, et collaudat, ac imitatur, & iuremerito quod ex omniũ sententia si reliqua utriusque iuris bibliotheca deperderetur, hoc uno opere illustrari posset; tantæ enim apud omnes authoritatis est, ut ab utriusq; fori professoribus pater praxis celebretur. Fuit huius Speculi dupplex editio, & altera quæ posterior fuit longè auctior quam prima. Sub hoc eodem tempore Aureum Repertorium conscripsit Speculo quidem breuius, sed æque utile, quod Mattæo Vrsino Sanctæ Mariæ in Porticu Diacono Cardinali dicauerat. Hoc opus ego aliquando euolui peruetustis membranis; & tametsi Repertorii nomen inscripserit, non tamen indicis formam habet, sed omnifariam titulis constat. Cumq; ut supradiximus Concilio Lugdun. interfuturus esset non solum elegantem librum edidit, quem de Concilio inscripsit, sed etiam ingens uolumen quod Rationale nuncupauit; Augustinus quoq; Picolomineus, & Dipplouataccius Pontificale Episcoporum eidem attribuunt. Peracto præfato Concilio, quascumque in eo decretas constitutiones optimis commentariis exornauit, qui in hunc usque diem latuerunt, sicut & Repertorium. Quæ uero scripsit in Decretales Greg. ix. Nicol. III. & in Gratiani decretum alicubi extare hactenus compertum habere non potuimus.



PIO LECTORI SIMON MAIOLVS
V. I. C. ASTEN. S.



AGNVS profectò est scriptorum numerus qui ius vniuersum suis lucubrationibus illustrarunt; Sed lõge maior esset atq; præstantior nisi quamplurima veterum monumenta fuissent, vel barbarorum rapinis intercepta, vel inuidia suppressa: Nam quum ex veteribus ante impressionem in Italiam aduectam multas scriptorum Centurias sola iuris facultate extitisse Dipplouataccius scriptum reliquerit; Tamen paucorum perpauca extant fragmenta, multorum omnino nihil; nullius verò omnia quæ scripserit comperiri possunt, non sine magno luctu apud pios, & veritatis cultores. cuiusmodi de Guillelmo Duranti dicere possumus qui cũ inter vetustiores emicuerit, vt vnicũ Sydus (quãdoquidẽ Speculatoris cognomẽto ab omnibus est vno ore celebratus, & honorifice in Romana Curia versatus) multa quidem scripsit, Sed plæraq; in hoc nostrum sæculum non peruenerunt; Nam quum nouem Pontificibus fuerit accceptissimus, ante annos tercentũ, multorum scriptorum nactus occasionem varia edidit quã eruditissima scilicet Speculum, Rationale, Pontificale, De Concilio, quæ circumferuntur. Multa tamen alia præter hæc eleganter scripsit quæ propemodum sunt deperdita, vt Aureum Repertoriũ, commentarij in Decretũ Gratiani, in Decretales Gregorij Noni in Lugdun. Conc. Greg. X. in Decretales Nicolai tertii, quæ omnia ita ab hominum memoria exciderunt, vt nec hoc quidem apud multos constet an hæc ipsa scripserit. Quare cum antiquitatẽ hac ratione præcipua veneremur quod ab ea ad nos disciplinarum artes deriuarint, eisq; plurimas (vt dicebat Arist.) gratias debeamus qui libros edendo nobis prodesse curarunt, omni ope semp enixus sum, vt priscorum fauerem sententiis, & quid illi senserint summo semper studio sum perscrutatus oẽs latebras penetrans, vt si quod lateret antiquitatis vestigium, id in lucem restitueretur: Et (fateor) res hæc mihi successit ex sententia, nam præterq; quod quæsita plæraq; comperi (quorum cathalogũ non est præ-

ſantis negotij hoc loco deſcribi) nonnulla etiam omnino incognita in manus meas inciderunt, cuiuſmodi (quod ad ius canonicum ſpectat) occurrit commentarius ille elegantiſsimus quem Speculator ediderat breui poſt peractam Lugd. Synodũ Greg. x. qui tanto eſt cœteris elegantior, quanto breuior, & accuratior, tantoq; verior, quanto vetuſtior, & ad illas appoſitus conſtitutiones quas ipſe idem promulgari curauerat, & a legiſlatore ipſo ſenſum didicerat. Gregorius etenim decimus (de quo actum aliquando eſt vt inter ſanctos referretur) Lugduni generale Conc. coegerat accitis Epiſcopis quingentis, Græcorũ, ac Tartarorum Nuntiis, ac Paleologo Conſtantinopolitano imperatore, anno Domini M. C C. L X X I I I I. trimeſtriq; omne id opus peractũ eſt, Græci etenim reſipiſcentes fidem de Spiritu Sancto ſunt profeſsi, Tartari quoq; ſacrũ Baptiſma ſuſceperunt; quibus omnibus hic Guillelmus interfuit a Pontifice curandæ conſtitutionũ promulgationi præfectus, qui cum eius pontificis, & Synodi ſenſum cognoſceret tertio poſt expletũ Conciliũ anno comentariis conſtitutiones omnes in eo decretas exornauit. Quoniam vero ea Synodo de cauſarum patronis lex lata erat, quò & fideliùs, & cautius patrocinarentur ſub titulo de poſtul. c. properandum, in ea promulganda ſumma eſt in Curia ſuborta perturbatio quam negligẽs Gregorius ab inſtituto reuocari nequicquã potuit: aduocatos etenim ille odiſſe fertur quod diceret eos, ac tabelliones pauperum ſanguine victitare. Ea promulgata, & a Guillelmo elegantiſsimo cõmẽtario exornata poſt annos vltra xx. Bonif. 8. nouam ſexti compilationem edere coactus ipſam conſtitutionẽ properandum prætermiſsit multis adiutus cõpilatoribus inter quos Dynum Mugellanum fuiſſe conſtat Bononia Romã ad hoc opus accitum; qui cũ re peracta domum rediret multis a Pontifice muneribus cumulatus, ſpe Cardinalatus omnino fruſtratus, aiunt eũ in initinere animi mœrore confectum, & ob id aquã auidius potando in ænea ſitula animam expiraſſe: Ideoq; putandũ eſt ipſum fuiſſe regularum, & compilatorem, & explicatorẽ eodẽ tempore, ut vitæ, ac mortis ratio habeatur. Abolito igitur Gregorij. x. nomine, & cõſtitutione præfata a iuris corpore deiecta, hij commẽtarij ab omnibus intermiſsi ſunt: nam ſimile quidpiã in Decretalium compilatione ſub Gregorio nono contigerat: nã quum antea Honorianum corpus in vſu eſſet, & iam ab Hugone

atq; alijs explicatoribus fuisset illustratum solo rumore suborto de compilatione Gregoriana (qua vtimur) facienda, Honoriana cum expositionibus prorsus contempta est, licet omnes ferè constitutiones in Gregorianam translatæ forent, vt scripsit Ioannes Andreæ in addit. ad Spec. in prohemio, Ita fit vt hoc elegantissimum opus ab hominum penè memoria in hunc vsq; diem exciderit, quo tercentenus prope annus agitur non tantũ editi commentarii, sed ipsius etiam codicis qui huic luci causam præbuit: nam vsq; adeo vetustus, & contritus est abrasis, incognitisq; caracteribus conscriptus, vt vel lectio ipsa magnum mihi negotiũ fecerit, quũ præterea omnes titulorũ Concilii ordines nullo omnino prætermisso in ipso Codice continerentur. Quam ob vetustatem difficile fuisset nosse authoris personã, nisi id ob locos ex Speculo, quod sibi ascribit, citatos demõstraretur. & vicissim ob locos quos ex ijs commentariis suo nomine in Speculo deducit: cum preterea prisci scriptores qui statim sextũ Bonifatii explicationibus exornarant de hoc quã sæpissime meminerint, de quibus magis oportuné ipsius operis marginib⁹ dicturi sumus. Ea propter tam elegans opus sub Concil. Lugd. nomine euulgandũ putaui cuius, ac Greg. X. constitutiones sunt, licet in Sextũ translatæ, vnde Mollinæi impia mordacitas retundi possit. Cæterum non te lateat Lugduni bis generalè Synodũ coactam esse primũ ab Innoc. iiii. M C C X L V. Deinde sub Greg. x. vtraq; vero nũcupatim a Tridentino Conc. comprobata est: Sed & longe ante Decreti compilationem quæ fuit sub Eugenio III. M C L. Bis Lugduni Prouinciale Conc. expeditum est, sub Prisco Episcopo primo quidem octodecim Episcoporum; Deinde viginti. quorum canones nonnulli sunt apud Gratianum xvi. distin. c. sexta in fin. xxxv. q. iii. c. nullus de consec. dist. iii. c. i. de consec. distinct. iiii. c. si quis de alio. Sic itaq; non tãtum probabile esse duxi, vt hic præclarus labor in suam lucem restitueretur. sed ẽt non sine magna nota supprimi potuisse, præsertim quod tot, tantisq; argumentis apertissime liquet Guillelmi Duranti opus esse, cuius quæcumq; fragmenta apud oẽs summa veneratione colũtur quandoquidem oẽs sexti commẽtarii, vt Archid. Cler. Pisan. Io. Mon. Io. And. Gem. Nic. Dion. huius sententiis referti sunt ex hoc opusculo, vt recte coniicias quantus operis futurus sit successus, quamquã cætera authoris opera quæ summã redolẽt pieta-

tem eruditioni coniunctā cuiusuis beneuolentiam sibi facile cōciliabunt in hoc etiam, & legendo, & magnifaciendo, nisi quis dubitet Guillelmi opus esse, vt cordatus sane dubitare poterit nemo, stilus enim aliis omnibus eius scriptis concinnus est, dicēdi facilitate imperitis clarus, & rerum pondere refertissimus, vt eruditis satisfaciat, & consuetæ pietatis, ac veritatis vestigia cōtinere videatur, & se interpretari, enarrareq; profitetur quæ viderit, & quæ a legislatore ipso acceperit, quod, vel inde coniici potest, verum esse, quod legem patronis causarum datam tā sincero tractatu hic vnus inter omnes prosequitur, vt nullo alio Codice, vel scriptore contineri vnquā meminerim. Quod si te nulla moueat ratio, vt Guillelmi opus credas hæc te vna manifeste cōuincat quod sibi ascribat Speculū, rursum in Speculo suos hos cōmentarios esse attestetur: non tamen alia ratione suppressum hactenus putaudum est, quam quod magni prætii pignus possessum penes aliquos fuerit, vt cautius, & secretius huius dictis liceret ditescere. Tu itaq; si tanti Concilii ordinem desideras si rei gestæ in eo veritatem, si qui interfuerit narrationem postulas, si explicationem non dubiam, aut ancipitem, aut legislatoris notissimum sensum continentem, hunc suscipe, hunc perlege; qui profuturus sit tibi nō sola dicendi elegantia, sed rerū, ac sententiarū pondere; sitq; tibi totius ferme sexti breuis quædam summula quam paucis horis euoluas, & non magno labore possis memoriæ tenaciter commendare. Vale, & fruere.

SIMONIS MAIOLI V. I. C. AD LECTOREM CARMEN.

QVID Sexto admittis tot Commentaria Lector?
Frustra agis, obtundit plurima congeries.
Explicat hunc uero Speculator nomine dictus,
Clara quod ut Speculum cætera iura facit.
Hunc unum euoluas, qui cum tria sæcla lateret
Obsitus, emergit nuper ab Elisiis.
Lugduni hos canones dictauit, & explicat ipse,
Hic tibi sensa dabit, uerba dabunt alij.

ἀλφάβητος.

DIVINI, humanique inhiat qui præmia iuris;
Atq; in utroq; pedem ponere uult stadio:
Multa illi occursant dura. exantlanda laborum
Congeries. paßim monstra morantur equos.
Pauci ut ad optatam poßint contendere metam:
Quos non ulla ualet frangere segnities.
Despondet bona pars animum; cursúmq; remittit,
Pertæsa ærumnas militiæ, & decora.
Contigit id: patrijs donec cordata sonori
Stirps Vari, frontem sustulit è specubus
Durantes Ilhermus, amor Tritonidos æquæ:
Maiæ, Thesmophori; candida cura, calor.
Is, quæ infestabant astræos monstra receßus;
Contudit eximijs uiribus ingenii.
Dura emolliuit summotis undique scrupis.
Tum facilem culto præstitit ore nomon.
Consultos inter uel facundißimus: unde
Magna peritorum claßis, & egregia.
E durantéo fluxerunt pectore; quondam
Quot non durateus pectora fudit equus.
Hic legum Theseùs, hic Perseùs, hic Alcides.
Hoc magè non alius durat in ore uirûm.
Durat, durabit post ultima secla minorum.
Qui colitis leges: hunc legite. & satis est.

Eiusd. hypóthesis.

Quodnam opus hoc? Sanctum. reserat sacræ abdita legis.
Cuium opus est? Mollit qui dura, & mollia durat.
Quisnam hic? Qui nullo non durat, conditus; æuo:
Aurifluo cuius fulgens ori inuidet Hermus.

Eiusd. decáchordon.

Cui speculari amor est scitu pulchra, optima factu:
Excultum raudo comparet ære librum.
Certa, silens aliàs; rerum heic apparet imago.
Non librum, ueri dixeris hoc speculum.

Clara adeo, tetris longum suppressa tenebris;
Aetræ, Maiöli candor ea asseruit:
Gratum opus; hoc partu erecto, tumidoq; Metauro:
Fluuiorum patri gratum opus Oceano.
Iam qui innare optas diuini iuris abyssum:
Fac duranteo caudice, tutus; iter.
Eiusd. tetráchordon.
Puluerulenta nomon, thesimon si & grata palæstra est;
Fértq; in utroq; animus ludere gymnasio:
Duranti da operam. hic unus dabit optimus auspex;
Illustrem, duplici fronde redire domum.
Eiusd. dichordon.
Tetrica Pontificum pridem, atq; inuisa papyrus;
Illa, illherméa lampade clara placet.
Aliud.
Atra, nec atra uide Illhermi senis ora recocti
Non atra, ut Peliæ contigit ante; manu.
Aliud.
Vis uetera? Illhermus docet ante senißimus omnes.
Vis noua? Durantes en rediuiuus habet.
Eiusd. monóchordon, statuæ subscribendum Il. Dur.
Ille ego, qui duro, uirgæ haud obnoxius Hermis.
Eiusd. elogium, tumulo inscribendum Il. Dur.
Italiæ decus Illhermo durante manebat.
Italiæ decus Illhermo excedente recessit.
Iustitium indictum Europa, Libyaq;, Asiaq;.
Nec dum orbis parcit legum lugere parentem.
Aliud.
Plurima qui nouit, qui scripsit plurima: quondam
Durantes silet Ill'Hermus sub pondere saxi.
Non Hermus; cippo Herma sedet, durantis imago.
Eiusd. ad Il. Dur. tetrast.
Vix modò durares, duras qui Illherme; cadenti
Ni tibi Maiöli dextra tulisset opem.
Quid iustum magè, quàm fratrem succurrere fratri?
Maia Illhermum aluit, Maiaq; Maiölum.

De eod. & Maiolo aliud.

Semisepulta diu qui Illbermea promit in auras;
A'bq; situ, & tineis uindicat, & carie:
Si qua ullis meritis debentur præmia; tali
Omnia Maiölum pro pietate manent.

Aliud.

Rara hæc, Maiölus, qui propagauit in usum
Rémque hominum; Illhermi quæ tulit almus ager:
Si cui quis fructus uirtutis redditur; amplum,
Et dulcem tanta de probitate feret.

Eiusd. ad Maiol. dist.

Iam fugiens Durantis opus dum Máiole in ora
Fers hominum: ut uolitas cuncta per ora uirûm.



OMMENTARIOS istos tamquam ad Sexti compilationem non accommodatos quisquis temporum historiam minime nouerit, quàm facilimè reprehendet, quod in ipsa operis præfatione Gregorii nomen inscriptum sit, quum tamen sexto compilando Bonifatius authoritatem prestiterit. Sed sanè si quis per Annales uersatus didicerit Lugdunense Concilium sub Greg. X. fuisse celebratum, probabit etiam totam eius Synodi promulgationem eidem ascribendã, cuiusmodi est opus hoc ipsum quod nunc molior, & olim Speculator cõmentariis illustrandum curauerat. Plurimum etenim interest inter hanc quasi eius Concilii historiã, & magnum illud Bonifatii uolumen in quod ipsum Conc. ferme uniuersum, et alia quamplurima Pontificum decreta translata sunt. Qua ratione fit ut sub hac forma iuremerito Gregorio tribuatur, sub altera Bonifatio, & Cõmentarius utriq; sit operi accõmodatissimus. Expedit uero precipuã ob causam Gregorii nomen adfuisse, quoniã huius Concilii forma Mollinæi mordacitatem explodit, qui nobis calumniatur quod Bonifatio non modo sexti cõpilationẽ, sed ẽt Lugdunensem Synodum ascripserimus, & quasi putidã imposturam nobis obiiciens resecanda illa uerba In Concilio Lugdunensi, ausus est effutire, quinimo, & resecuit ipsa sexti inscriptione, qui si hanc Gregorianã editionem nouisset, non solum apte, sed necessario uerba illa apposita fuisse didicisset si suo in codice hoc qui sequitur uerborũ ordine inscriptionem expurgasset.

Sexti libri Decretalium in Concilio Lugdunensi editi, per Bonifatium 8. Compilatio. Quid obstat quin qđ ante annos fere triginta Lugduni editũ fuerat hoc postea Bonifatius cõpilauerit? fueritq; earũ constitutionum compilator quarũ non idem auctor extiterat? Sed æquũ fuerat, ut quæ eo solenni Concilio decreta fuerant, ne in crastinum uiderentur abrogata, in Sexti editione confirmarentur, quod ægre ferens Molinæus, & illa subdole conatur subuertere, & dũ Sextũ resecando sanare putat, ineptissimam reddit inscriptionem, nam si uerba In Concil. Lugdun. abradenda essent nihil potest audiri absurdius illis uerbis. Editi compilatio, quũ dicendũ uerius esset compilati editio; Sic sacrilegũ est quod resecat, ineptũ quod post abrasionem admittit. Maneat igitur hæc inscriptio uellit nollit Mollineus, quem constat si non habeat quod reprehendat exquirere, ut calumnietur, tametsi frustra, ijs enim ipsis magis ad studia incendimur, nec ullo possumus calumniatore reuocari quin fide, & disciplinis utroq; iuxta ueritatis cultores integerrimi efficiamur.

INCIPIT APPARATVS DOMINI GVLIELMI DVRANTI SVPER CONSTITVTIONIBVS GREG. X. IN CONCILIO Lugdunensi nunc insertis in sexto Decretalium.



SVMMARIVM.

PROHEMIVM.

1 GREGORIVS [a] Iste prius quā esset Papa, uocabatur Theobald. unde quæritur [b] Quare Papæ nomen * mutatur. Resp. ēt ut ex nominis mutatione, hominis facta mutatio uideatur debet enim nouū hominem induere, & ueterem exuere factus Papa, ut de pœn. dist. j. c. sunt qui arbitrantur, de conse. dist. iiij. c. primo, & c. Ex quo, & c. Baptizādi nomen vij. q. j. c. scias, quinquag. dist. c. fertur. xl. dist. c. j quia non puri hominis sed

a. Corrigitur in cōpilatione Bonifacij, & in cip. Bonif. reliquis inscriptioni uerbis manētibus.

b Hanc, & sequentes glossas fere omnes Io. And. sibi ascribit in prohemio Bonifatii, tacito Guliel. nomine, Maiolus.

uicem Dei gerit in terris * ut de translat .c. quanto, & celeste 2
habent arbitrium, ut C. de summa trinit. l. i. in fin. uel hoc
Christi exemplo nomen beato Petro mutantis, cui cum prius Si-
mon uocaretur a se petra imposuit Petri nomen, ut xxi. dist. §. i.
prope fin. l. dist. c. exemplum. ij. q. i. c. decus omnipotens in princ.
xxxvi. dist. §. ecce. nemo enim prohibetur nomẽ ʼ, uel cognomẽ, 3
seu pronomen, sine fraude mutare, ut C. de mutat. nomin. l. unica.
¶ Seruorũ. dic. scilicet Petri, & Pauli, unde uersus Seruierãt ti
bi Roma prius Domini Dominorum, seruorum serui nunc tibi
sunt Domini, & facit de sen. exc. c. relatum in fin. i. q. iii. c. ex mul
tis in superscriptione, & cum sit Dominus * Dominantium hoc 4
ex humilitate dicit, sicut & imperator. C. de off. pret. pret. af-
fric. l. i. circa princi. & etiam omnium fidelium seruus est, unde
apostolus cum sim liber ex omnibus omnium me seruum feci, ut
xxvi. q. i. c. iam nũc. ¶ Vniuersis. Nota quod Papa se præmittit
quando scribit uniuersis, quod alij * facere non debent nisi quan 5
do scribunt certo generi personarum, quia impossibile est quod
littera perueniat ad maiorem se. ¶ Salutem. Nota quod per salu
tatioem * fit indignationis remissio ut lxiii. dist. c. cum Hadria- 6
nus in fin. instit. de iniur. §. fi. & per pacis osculum Sacramen
tis Ecclesiæ cõsentitur, de consec. dist. ii. c. pacẽ. ¶ Beneditionem.
Cum cunctis Christianis maior sit iure omnibus benedicit minor
enim a maiore benedicitur exemplo Melchisedech, qui abraha
benedixit, ut. xxi dist. c. denique. Benedicere autẽ populum de
bet qui Christum non metuit consecrare, ut. xcvi. dist. c. ecce. per
benedictionem autem prælati deuotè * susceptam uenialia re- 7
mittuntur, ut not. in Repertorio [a] in tit. de pen. & remiss. §. sci
re. uers. Aliàs autẽ ¶ Generale. Nota Concilium aliud genera-
le, siue uniuersale * quod solus Papa celebrat, aliud particulare, 8
siue prouinciale, & aliud Episcopale, quod prosequere, ut not.
xvii. dist. c. in summa. ¶ Lugdun. [b] In quo interfuimus * & ali- 9
quas de infrascriptis constitutionibus procurauimus [c] ¶ Et post
hoc ideo dicit nam quedam ex eis fuerunt post celebratum conci
lium promulgatæ uidelicet illa de elect. c. ubi periculum, & c.
licet canon. & c. nemo, & illa de off. ordin. c. ordinarii, &
qui [d] uidit testimoniũ perhibet ueritati ¶ Promulgandas constitu-
tiones. etiam statuuntur cum promulgantur. iiii. dist. §. leges.

a Gul. Durãti nõ solũ speculũ, & alia p plura monumẽta cõposuit, quæ circũferũtur: uerũ ẽt opus quod repertoriũ nuncupauit, quod ego vidi, & aliquãdo ĩ luce edã, de eo scripsi infra de elec. c. nulli ĩ margine Maiol.

b Guliel. Durãti interfuit Conc. Lugdũ. sub Gre. x, qđ ẽt attestatur Io. And. hic in c. ĩ. ĩ verbo, Grecorum sed & idem scribit hic ipse Guliel. infra de præben. c. i. prope fin. In quo Cõcil. interfuere quingẽti Episc. & fere mille alii prælati cum Grecorum, ac Tartarorum Nunciis, ac Paleologo Cõstantinopol. Imperatore circa annum 1274. & differt ab eo, qđ In noc. iiii. ĩdixerat Lugdu. anno Dñi 1245. de illo Gre meminit conc. Trid. sess. 7. c. 3 & sess. 21. c. 9. & 24. c. 3. De isto Inn. iiii. meminit Cõc. Tridẽ. sess. 7. c. 14. Maiol.

c Sesè procurasse, ut cõstit.

10 ¶ Vniuersos Nota constitutionem sedis apostolice * uniuersos ligare de constitut.c.fin.C.de summ trin.l.i.in princ.XXv.q i.§.si ergo ¶ Titulis. quid sit titulus not.de elect.c.dudum.ii.in fin.
11 & not hic arg. rubricas * huius libri authenticas esse, & ex eis argumentari posse a quod dic prout not. in speculo iudit. in tit. de disputat. & allegat aduoc. §. satis clare ad fin. Item est hic arg. quod rubr. sunt pars textus, & quod scriptor qui promisit pro certo salario librum scribere teneatur etiam illum rubricare ¶ Inseri. EX quo enim in corpore iuris inclusa erunt de ipsarum fide non poterit amplius dubitari sit intellige de fide instrum. c. pastoralis.

aliquot in dicta Conc. promulgarentur etiã ipse attestatur infra de elect. c. Quãuis, & ibi annotaui in marg. Maiol. d De se ipso innuit quod interfuerit, ut supradixit; quod loquẽdi genus traxit ab euãg. Io.c. 19. Qui utebantur sepe antiqui ut Stef. Troches. ĩ cle. de immuni. ec. de quo alias dicemus. Maiol. a Hunc locum se authore conscriptum citat ipse spec. in tit. de disput. & allegat. aduo. §. satis clare q. ult. & sub Gregorii. x. nomine hãc cõpilatione solet allegare, ut alias dicemus Maio.

DE SVMMA TRINITATE ET FIDE Catholica. Rub. I.

SVMMARIVM.

1 FIDELITAS mentẽ respicit deuotio actus extrinsecos.
2 Trinitatis personæ quomodo discernuntur.
3 Perpetuum, & æternum quomodo differant
4 Spiritus Sanctus a Patre, & Filio procedit exploso errore Græcorum
5 Trinitas est uniuersorum principium principians
6 Trinitatis opera operantia sunt inseparabilia, secus de operibus operatis
7 Romana Ecclesia sola de fide quæstiones terminat
8 Doctorum ordo præcipuus est in Ecclesia
9 Doctores qui; & qui Magistri
10 Græci in Conc. Lugd. resipiscunt ad mandatum Paleologi Imperatoris Constantinopolitani
11 Græci in fide inconstantes
12 Ignorantia cunctorum mater errorum, & non excusat
13 Hæreticus est, qui Catholicam assertionem, nec negat, nec asserit, sed tacet.

Greg. X. In Conc. Lugdun. Cap. I.

FIDELI *primo dicit quod Spiritus Sanctus eternaliter*
procedit a patre & filio tamquã ex uno principio, sic te-
net profitetur, & docet Sancta Romana Ecclesia, & sententia
orthodoxorum patrum, & doctorum, tàm Latinorũ, quã Græco
rum, secundo dannat omnes qui præmissa negare, uel contrariũ
asserere præsumpserint ¶ fideli. *quoad * mentẽ, deuota quoad* 1
exteriores actus quasi dicat humili ¶ Professionem. *idest confes*
sionem de religios. domib. c. religionũ ¶ Eternaliter. a *nam pa*
*ter generans * filius nascens, Spiritus Sanctus pariter ab utro* 2
que absque initio semper, & sine fine procedit, ut sup. eo. c. fir-
miter propè princip. & C. de summ. trinit. inter claras, de cons.
dist. iii. c. omnes, unde uersus, Eternum uere sine principio, sine
fine: arg. ad hoc. ff. pro soc. l. nulla: Quandoq; tamen eternum
*ponitur * pro perpetuo, ut de celebrat. missa. cum martha. §.* 3
cæterum. uers. hoc autem nouum. Quid autem sit perpetuum, &
quibus modis accipiatur not. x. q. ii. c. iii. §. perpetua, & ff.
pro soc. l. i. Sed ad hoc opponitur, Nam trinitas est unum uni-
uersorum principium, ut sup. eo. c. firmiter propè princ. & c. dã
namus. §. nos autem. Quomodo ergo dicitur æternitas ubi
est inuenire principium, Resp. dic quod trinitas est principium
principians suorum effectuum respectu creaturarum non respe-
ctu diuinitatis, seu diuinarum personarum, & sic sumitur ibi in
principio erat uerbum, &c. & in psalmo Tecum principiũ &c.
¶ Et filio. b *hic ergo confunditur error Græcorũ dicentiũ Spi*
ritum Sanctum a patre tantum, & non a filio procedere in fo-
mentum sui erroris inducentium leg. C. de summ. trinit. l. ii. ubi
dicitur Spiritum Sanctum quia ex summo rerum parente spera
mus, & accipimus &c. & illud Euangelium spiritus qui a pa-
tre procedit, &c. Item quia in Simbolo apud eos edicto quod in
missa cantatur continetur qui ex patre procedit. Sed ad hoc, &
similia responderi potest quod licet ibi tãtum dicatur de patre
non ob hoc concluditur quin, & a filio procedat, tenendum igitur
*& credendum est ipsum procedere ab utroq; * & ideo merito* 4
Ecclesia addidit declarando in simbolo prædicto, filioq; & bene
ut de cons. dist. v. c. de spiritu, & c. saluator; nec aliud dici po-
test, nam pater, & filius idem sunt essentia, substantia, seu natura

ut in

a Hanc totam gl. tacito nomine Guliel. ascribit sibi Io. An. hoc loco Maiol.

b *Vniuersam hanc elegantissimã glossã trãstulit in rem suã, Io. An. hic & Gul. nomen a quo desũpsit: omnino prætermißit.* Maiol.

ut in princ.c.firmiter,& c.damnamus,§.uerum,de conf.dist.iii.
c.omnes,ergo quod a patre procedit, & a filio procedere intelli
gitur non sic aũt est in homine mortali,nã ibi pater,& filius duo
sunt in ueritate licet fictione iuris unum sint, & una caro censea
tur,ut xxxv.q.iii.§.hac auctoritate,& .C.de Impub.& al.subst.
l.fin de conf.dist.iiii.c.si quicquid. Sed nõne hæc constitutio su-
perflua est,nam hoc idẽ dictum erat sup.eo tit.c.firmiter ubi di
citur Spiritus sanctus pariter ab utroq; &c. Sed dic quod hic
expreßius modũ proceßionis notat,uidelicet quod non tamquam
ex duobus [a] principiis,&c. Damnantur ẽt hic contrariũ sen-
5 tiẽtes ℣ Sed ex uno. hoc ideo dicit quod sola trinitas est * uni
uersorum principium, ut prædixi, errant ergo qui dicunt quod
Spiritus sanctus habeat duo principia. unum uidelicet a patre
aliud a filio. ℣ Sed vnica spiratione, Ergo una communi, &
eadem numero spiratione procedit a patre,& filio quia insepa-
6 rabilia * sunt opera trinitatis de conf. dist.iii.c. omnes in fin.
xxviii.q.i. c. sic enim neq;.in prima colum. quod uerum est de
operibus operantibus, nam opera operata non sunt inseparabilia
ut in præd.c.omnes ad fi. Pater ergo,& filius sunt unũ princi-
pium in spirando Spiritum sanctum, & not.quod spiratio respi-
cit actũ spiratum, ut patet ibi spiritus ubi uult spirat, ut de re-
nunt.c.nisi.§.uerum,proceßio uero spirationis effectum, ut ibi,
Sed mistico spiramine uerbũ Dei factum caro,&c. Et in hymno
Veni redẽptor. ℣ Profitetur, & docet. ut patet de conf.dist.iii.
c.fin.de conf.dist.V.c.pen.& fin.sup.eo tit.c.i. & XV.dist.c.i.
& in utroq; simbolo, & .C.de summ.trin. per totum. Quod er
go Romana Ecclesia de fide Catholica tenet,& docet, a cunctis
fidelibus est,& deuote tenẽdum, & credendum .xvii. dist.c.huic
sedi xxiiii q.i.c quoties &.c.quoniam uetus,& de baptis.c.maio
7 res,& in prædicta.l.Inter claras .§.suscipimus,nam * quæ-
stio fidei ad eam pertinet,ut xii.dist.c præceptis,& in præd.cõ
cord. ℣ Fidelium. [b] hoc ideo dicit quia nihil ad nos de hijs qui
foris sunt,ut de diuort.c. gaudemus propè princ. & Xxiiii. q.i.
§.si autem eX corde,quãuis, & ab illis oporteat bonum habere
testimoniũ,ut de consec.dist.i.c.iubemus. viii. q.j.c. licet ergo,
& de sacr.unct.c.unico.§.ad eXhibendũ. ℣ Magistro. sic sup.

a Eius qd hic dicit author, meminit in spe. in tit.de summ. trinit.& fide cathol uers.ul. quo loco sese in hac cõstit.dictũ rũ pollicetur, Greg.x.consti. appellãs ut ipsius mos est hãc cõpilationẽ allegare,ut aliàs dixi,et ita procul dubio hic idẽ author est qui, & spec,cõposuit. Maiol.

b Omnẽ hanc glosã Io.And. trãstulit in suũ nomẽ, Guliel.a quo sumpsit authoritate prætermissa. Sim. Maiolus.

c.damnamus in fin.de priuil.c.antiquos de for.cōpet.c.fin.xxii. dist. §. i. de heret. c. ad colendā § laycis.c. Sancta Rom.C. de sanctis. Eccl.l.iubemus, & in prædicta.l.Inter claras, ¶ Ortodoxorum. idest Catholicorum de præsump.c.litteras, ¶ Patrū. xv.dist.c.i. ¶ Doctorum. doctorum * ordo quasi præcipuus est 8
in Ecclesia, ut de heret.c.cum ex iniuncto.§.cum igitur per Doctores * autem intellige prædicatores, ut ibi, & prælatos, ut 9
xliii.dist.§.i. Possunt ēt Doctores dici qui aliquas scientias docent, sic accipitur de magist. per totū, & .C.de professor.& medic.l.magistros qui ēt professores uocantur, ut not. de religios. domi.l. Religionū. Magistri aūt dicuntur hij quibus præcipua cura rerum incumbit, & qui magis quā cœteri diligentiā, & sollicitudinem rebus quibus præsunt debent, ut .ff.de uerb.sign.l. quibus. ¶ Latinorum. ut Augustinus, Hieronym. Amboros. Greg. & alii, ut.xx dist.c. de libellis. xv. dist c. Sancta Romana, ¶ Et Græcorum. ut Ioan. Chrisost. Cirilli, Athanisii, Didimi, & Ephesini Concilii, ut in præd.c. de libellis, & .c.Sancta Roma. & de cons.dist.v.c.de spiritu.& c.saluator.xv.dist.c.i.& in primo lib.sentent.dist.xi.in fin. ¶ Et vera. bene dicit, si enim uera non esset bene posset in melius comutari, ut xxii.q.iiii.c.incōmutabilis, de pœn.dist.i.c.nouit.xxxv.q.ix.c apostolicè, & c. sequen.& de accusat.c.qualiter.i.cū suis cōcord. ¶ Sed quia non nulli. ut Græci, prout sup.dictum est, uerum quidā Episcopi græci, & alii clerici, & laici de mandato * Imperatoris, [a] & Ec- 10
clesiæ Græcorum in Conc. Lugd. publicè professi [b] sunt, prout hic dicitur, & simbolū cum adiectione illa filioq; præsente toto Concilio cantauerunt, & utinam quod ore cātauerunt corde credant, ut xxiii dist.c psalmista. Vtinam eos ad hoc induxerit feruor, & deuotio fidei non calliditas, siue metus, nam, & aliàs ad unitatem Ecclesiæ redierunt * de baptis.c licet, ¶ Irrefragabilis. 11
idest incontradicibilis, & irretractabilis de off.ord.c. irrefragabili de præscrip.c. Sanctorū nā iniuriā facit Reuerēdiss. Synodo, & c.ut C. de sum.trin.l.nemo clericus xxxv.q.ix.c. loci. xxv. q.i.c.a sanctis, & c.seq. ¶ Ignorantiam. * quæ est mater cūctorū 12
errorū, ut xxxv iii.dist.c.ignorantia, nam sine rerū ignorantia errari non potest, ut ea.dist.c. quamuis errabant ergo eo quod

[a] Hic Imper. Cōstantinopol. fuit, noīe Michaele Paleologo, qui ob hāc piā professionē, tantū in se oriētaliū sacerdotū, ac monacorū odiū cōcitauit, ut illi morienti locus sacer ad sepult. cadaueris ueti tus sit, ut refert Platina in Nicol.4. Maiol.

[b] Hanc abiurationē Græcorū fatetur Io. An. Se didicisse a Gul. hoc loco ita scribit ī uerbo Græc. atq; hac professione moti ēt Tartari sacrū baptis. susceperūt teste Plat. Maiol.

scripturas ignorabit, ut not. xxxvii & xxxviii. di. c. si iuxta. & c. seq. Sed nunquid ignorantia eos excusat, Resp. non imo ignorans ignorabitur, ut ead. dist. §. i. & c. qui ea de hoc dixi in spec. a eo. tit. ¶ Pro lapsi. ut patet de baptis. c. licet, ¶ Erroribus. lxxxiii. dist. c. error sup. de rescrip. c. sedes. ff. mand. l. qui patitur sup. de sponsal. c. inter opera, ¶ Damnamus. in princ. & in fin. deberet. c cum Christus, & c. excõmunicamus, & dic infra ¶ Reprobamus. idest reprobando damnamus, ¶ Asserere. sup. dixit, negare. Quid igitur si quis, nec negat, nec asserit, sed tacens sic sentit, quod est præter ista duo, ut xxii. q. ii. c. ne quis. Resp. licet talis hijs uerbis non comprehendatur nihilominus tamen
13 hereticus * ex mente huius constitutionis iudicatur arg. de hæret. c i. xxiiii. q. iii. c. hæresis, & c. hæreticus, i. q. i. c. quicũq; & sup. in primo uerbo huius cap. quia licet non pronuntiet ore, tamen Deus audit in corde. xvii. q. i. §. Si ergo.

a Patet lectori horum commentariorũ authorem eundẽ esse qui & Speculũ composuit. Maiolus.

DE ELECTIONE. Rub. II.

SVMMARIVM.

1 LEGES abrogatas recitare, discere, uel docere prohibitũ est.
2 Lege abrogata, ratio durat, & circa eã disceptari potest.
3 In Pontificis electione multa sunt specialiter obseruanda.
4 Cardinalium duæ partes in Papæ electione concordare debent.
5 Cardinali uno dessiciente de duabus partibus non ualet electio.
6 Cardinales possunt renunciare certæ formæ Pontificis eligendi.
7 Cardinales possunt statuere, ut maior pars eligere possit Põtifi.
8 Compromissum Cardinalium non ualet uno contradicente.
9 A Compromissarijs electus ab omnibus electus uidetur.
10 Electa persona non cõputatur in duabus partibus in scrutinio.
11 Brachiũ sæculare inuocandũ duabus partibus nõ consentiẽtibus.
12 Papa de plenitudine potestatis est supra omne Concilium.
13 Cardinalibus dissentientibus olim poterant uocari, Episcopi, clerus, senatus, & principes.
14 Cardinalium collegium non potest creare Cardinales.
15 Cardinalibus cibaria sublata fuere Viterbii in obitu Clem. iiii.
16 Excommunicati sunt qui ui impellunt Cardinales in conclaui.

17 Deus punit peccata non solum per Iudices, sed ět per populos.
18 Laici habent iurisdictionem cum potestas Ecclesiastica defficit, aut in scismate clericorum.
19 Cardinalium duæ partes, non Collegii totius, sed præsentium tantum requiritur.
20 Cardinales absentes citandi non sunt.
21 Cardinales in remotis agentes, lapso decendio non expectatur.
22 pontifici eligendo nulla certa forma obseruata.
23 Scrutinii seruandi forma.
24 Cardinalium ordines tres, Episcopi, Presbiteri, Diaconi.
25 Cardinales singuli nominare possunt plures in Potif.
26 Papa statim atq; electus est, & immantatus, non eget intronizatione.
27 Papæ statim ubi electus est nulla exceptio obiicitur; secus Imp.
28 Excipi potest de hæresi contra Papam, ět post consecrationem.
29 Laicus in Papam electus perseuerat in sede.
30 Concilium generale a solo Papa conuocatur.
31 Pontifex criminosus, naturalis, fatuus, minor, excommunicatus non deponitur.
32 Cardinalibus accusatis de simonia, uel reperta uxore Pontificis quid fiet.
33 Cardinalibus electoribus nihil potest obiici, & infringatur electio iam facta,
34 Excommunicato cõmunicari posse, uide casum notabilem.
35 Necessitas nulla maior Ecclesia Acephala.
36 Nominatio etiam nuda est irreuocabilis.
37 Verba quæcunq; apta sunt ad exprimendã Pontificis electionẽ.
38 Scrutinio pendente semper locum habet accessus.
39 Cardinalis singularis an possit impedire dissolutionẽ scrutinii.
40 Scrutinio publicato suffragium est irreuocabile.
41 In Papæ electione non fit collatio meriti ad meritum.
42 Pœnæ constit. licet, de elect. locum habent ubi duo sunt electi Pontifices.
43 Ecclesia non iudicat de occultis.
44 Papa eligi potest de clero.
45 Papa mortuus a uiuo sepellitur.

46 Papæ electio fieri debet ubi moritur, in Ciuitate uidelicet.
47 Papa moriente extra curiam, pauci Cardinales poterunt procedere ad electionem.
48 Cardinalis eger potest exire conclaue, renuncians uoci suæ.
49 Papa an eligere poßit sibi successorem.

Greg. X. in Conc. Lugd. Cap. I.

VBI PERICVLVM a hæc constitutio reuocata fuit primo (ut dicitur) per D. Hadrianum Papam, & deinde per D. Ioannem Papã, & hodie in Curia pro reuocata habetur, b frustra ergo membranas occupat, ut xix. dist. c. si Romanorũ. quia in scripturis nihil omnino debet esse superuacuũ, ut lxxvi. dist. c. huius, & C. de appell. l. ampliorem. §. in reffutatoriis. C. de prec. Imper. offer. l. fin & sup. in prohemio. §. sanè, ideoq; ipsi non intẽdo glossare uel prosequi exponendo nã simul est prohibitum discere, & docere, ut C. de malef. & mathem. l. culpa: abro-
1 gatæ * enim legis recitator, & auditor pœnam meretur, ut C. de uet. iur enul. l. fin. §. hæc omnia, & ubi fundamentum non est superedificari non potest, ut i. q i. c. cum paulus, & c. illi offertur de presb. non baptiz. c. ueniens xxiiii. q. i. c. ubi sana. Verũ
2 quia licet Ciuile ius destruatur ratio tamen * eius durat, ut ff. de capit. minut. l. Eas, & i. dist. c. consuetudo, & arg. ff. de fonte. l. i, §. hoc interdictum eandem, & sup. de const. c. translato. Ideo aliqua circa huius materiæ notitiã disputabo, & licet dñi Cardinales formas pro suo uelle uarient tamen super hoc a doctoribus traditum est, & quod super hoc sentio reseruabo. Notandũ igi-
3 tur est quod in electione Summi Pontificis aliqua sunt * specialiter obseruanda, & est illa ratio quia tunc nullus est superior ad quẽ poßit haberi recursus, ut eo. tit. c. licet, & xxiii. dist. c i. uers.
4 Sedes apostolica. Primum c est quod duæ * partes Cardinalium concordare debent ad hoc ut ex electione in Papatu ius acquiratur, ut eo. tit. c. licet. Sed non uidetur hoc speciale quia nec uallet quod fit ab ordine decurionum, nisi duæ partes adsint, ut ff. de decret. ab. ord. fac. l. iii. ff. quod cuiusq; uniuers. no. l. planè. Sed dic quod in iis iuribus non dicitur quod duæ partes debeant

a Cõmẽtarios istos ad hoc cap. fuisse Gul. attestatur Io. And. hic in gl. in uerbo Cõcil. in 3. additione quo loco dicit Gul. gl. facere noluisse, sed tãtũ tredecim specialia tradere, ut uerũ est, & ex ipso contextu ita esse comperies. Maiolus.

b Tametsi hoc tpe Hadr. v. & Gul. cognomẽto speculatoris hæc const. pro abrogata haberetur in curia Iñ post ãnũ circiter trigessimũ, videlicet 1298. Bonifa. 8. eã suæ iseruit cõpil. i vi. eo. tit. & ita ẽt. refert. Io. An. qui Gul. meminit hic i gl. cõci. 3. addit. dicẽs Garsiã ẽt. glossare noluisse sed hodie ea pro iure utimur ut iã dixi. Maiolus.

c Primũ speciale in Electione Pontificis.

cōsentire, sed quod debent adesse. Secus aūt est in aliis electionibus in quibus sufficit maioris partis concordia, ut sup. eo. tit. c. quia propter, & de hiis que fiunt a maio. par. c. & si maior pars duplo in aliquem conuenerit non poterit minor pars aliquid opponere ad extenuationē zeli, meriti, uel auctoritatis. inf. eo. c. si
quando. ¶ Quid si unus * Cardinalis de duabus partibus desit, 5
Resp. non uallet quod agitur, ut in præd. c. licet. uers. Præterea. Nisi Cardinales expresse renunciarent prædictæ constitutioni, licet, secundum Goffre. Sed nunquid possunt ei renunciare, uidetur quod non quum sit ius publicū & pro bono publico, & in fauorem totius Ecclesiæ inductum, ut dist. i, c. ius publicum, & in præd. const. licet in princ. Iuri aūt publico renunciari non potest ut de for. compet. c. si diligenti, & de sent. exc. c. contingit, & ff.
de pact. l. ius publicū & l. inter debitorē. Sed dic contra * arg. 6
de maior. & obed. c. hiis quæ, & c. cum olim, ut facilius Ecclesiæ de pastore prouideatur, nam difficilè est multitudinem siue duæ partes conuenire in unum arg. lxiiii. dist. c. i. de cons. dist. iiii. c. sicut in sacramentis. ff. de arbitr. l. item si unus §. principaliter, & de concess. præb. c. quia diuersitatē, possunt ergo formam compromissi, uel aliā prout eis placuerit sequi. Dominus tamen a meus dicit quod expresse renunciare non possunt, sed tacitè sic compromittendo uidelicet, uel uiā aliam eligendo ut in uers. prox. Sed
nunquid possunt inter se concorditer ordinare, * ut ualeat electio 7
a maiori parte omnium celebrata, arg. præd. decret. licet, uers. præterea ibi nisi maior concordia, &c talis enim non solum a maiori parte imo etiam a toto collegio intelligitur esse electus sicut, & ille qui a cōpromissariis eligitur, ut dicā in uers. prox. unde per talem ordinationem non fit contra prædictā const. imo secundum eam secundū Ber. compostell. b Vno aūt contradicēte
* non posset compromitti, uel prædicta ordinatio fieri quia in 8
re communi potior est causa prohibentis, ut ff. comm. diuid. l. Sabinus, & not. sup. eo. c. quia propter. ¶ Quid ergo si compromittunt in aliquos ex se uel extraneos, & illi eligunt aliquem nomine collegii, certè talis erit Papa, quia ex ui compromissi non solum a duabus partibus, uerū ēt a toto * collegio intelligitur esse
electus arg. eo. tit. c. in causis. §. fin. & c. cum dilectus. §. i. 9

a Hostiensem innuit, quē, & patrē, & Dominū nūcupat, lumen iuris, et multis semper encomiis eum prosequi solet ut patet in spe cul. in probæ. uers. nouissime Maiolus.

b Fuit hic Ber. Cōpost. canon. Bonon. Innoc. iiii. familiaris & eiusdē capell. atq; ab illo prouocatus Greg. Noni decretales cōmē. elucidauit, floruit circiter ānos 1250. & illius pulcra monumēta Deo adiuuante aliqñ ego ipse in lucem edam. Simon Maiol.

Sed nunquid persona electa cōputabitur in numero duarum par-
tium, uidetur quod sic. ff. quod cuiusq; unius nom. l. plane; dic con
tra, ut sup. eo. c. cumana, & de sortileg. c. iii. ubi de hoc, & ex-
presse probatur in Nouella constit. Innoc. iiii. extrauaganti. eo.
tit. c. quia frequenter, ubi dicitur sic statuimus igitur, ut defun-
cto Sanctæ Rom. Eccl. antistite, & c. eius corpore tradito sepul-
turæ Cardinales qui in eod. loco fuerint cessante scismate, seu uio
lentia laicorum Pontificem eligant nullis absentibus fratribus ex
pectatis. Si quis autem ex Cardinalibus a loco in quo summus
Pontifex obijt, & electione instante discesserit eligendi potesta-
te se ipsum illa uice priuabit, Et is uniuersalis pastor, & Epis-
copus habeatur qui a duabus partibus fratrum præsentiū elige
10 tur, electo in duabus partibus minime cōputato, * & hoc uerū
est quando proceditur per uiam scrutinij. Sed qñ per uiā cōpro
missi computatur persona electa, ut sup. eo. tit. c. cum in iure. Sed
quid fiet si duæ partes nullo modo consentiunt, Resp. inuocetur
11 bracchium * seculare, ut in uers. Prox. & sequ. arg. xvii. dist.
c. nec licuit in fin. xi. q. i. c. petimus. xxiii. q. v. c. de liguribus, &
ponantur in uno cōclaui, ut inf. eo. c. in fin. & c. seq. & xii. q. i. c.
i. ff. dam. inf. l. quod conclaue, sic enim quandoq; est, & præsens
constit. super hoc satis salubriter prouidebat, a que cū tā solēni
Concil. approbante fuerat promulgata mirū est quomodo absq;
uniuersalis saltim particularis requisitione cōcil. fuerit reuocata
ff. de reg. iur. l. nil tā naturale & de reg. iu. c. i. Iniuriā n. facit
iuditio Reuer. Synodi si quis semel iudicata, & recte disposita
reuoluere cōtenderit, ut C. de sum. trin. l. nemo clericus in princ.
ad idē in auth. quib. mod. nat. eff. legit. post mediū in. §. nos nō la
tuit, coll. Vi. ubi dicit incōpetens est, que unde exclusa idest refor
mata sunt rursus ad Rēpubl. reuocare supple, ut iterū ī nutentur
ad idē vi. q. ult. c. qd bene, ut xv. dist. c. sicut. xxv. q. i. c. sunt qui-
dā, frustra siquidē Cōcil. approbatio, & assensus requiritur si
sic sine Cōcil. qd tā solemniter agitur, reuocetur. Sed tñ potuit de
plenitudine potestatis secundū quā potest Papa b sup omne Cōcil.
12 * quicquid placet ut sup. eo. c. significasti. Indulgeat ei Deus, qui
cām prœbuit reuocādi: Posset et tunc religiosi, & clerici uoca
ri ut lxxix. dist. §. i & c. si quis pecunia, & vii. q. i. c. factus est

21 neraliter calumniari * dicitur qui sciens se non habere ius litem mouet iniustè, siue agendo, siue defendendo, siue contra dicendo, uel excipiendo, etiam ciuiliter.ff. de calumniat.l.i.in princ.& per totum, & .ff.de cond.ind l.in summa instit.de pœn. temer.litig.in princ.&.§.item actoris.C.de aduoc.fisc.l.fisci, & de pœn.c.calumnia.C.de admin.tut.l.non est ignotum sup.eo. c.statuimus.§.adiicimus cum suis concord. unde merito talis calumniator repellendus est a causa prosequutione, ut hic, & in prædic cap, si forte, & arg. de for. compet. cap. si diligenti, & in auth. quom. oport. Episcop. §. si tamen, coll. i. ff. de petit. hær.l. postquam. ff. ut in possess leg. l.iii. §. nec tamen, Solutio aut is qui impugnat electionem est, & fuit canonicus tempore electionis, & ante in ecclesia in qua est electio celebrata, & interfuit electioni. ita quod probabiliter non potest super hiis de quibus uarie [c] posuit, uel respondit prætendere ignorantiam, & tunc si uariè respondet negando, uel confitendo circa idem coniunctim, uel diuisim & ponit uariè, seu articulos dat circa prædicta, repellendus est a causæ prosequutione, ut in prædic. §. si tamen, & puniendus.

a Quæstionem hanc desumpsit Io. An. & tacito Gul. authoris nomine sibi ascripsit. Maiol.

b De hoc capi properandum dic ut dixi supra, & dicam in ipso tit. de postul. Maiol.

c Varia circa idem dicens repellendus.

.ff de testib.l.qui falsa,quæ est iiii.q.iii.§.& in criminali,& ut Ecclesi.benef.c.i.ff. quod cum eo.l.iii.§ i.C,si min. seu maio.l.si alterius,ut sic puniatur in quo deliquit,ut.i. q.i.c. si qui Episcopi.&.c.talem.& de iur.patron c.pastoral.in fin. aut est procurator,uel est de alia Ecclesia,& tunc propter talem uarietatem nō est repellendus a causa prosequutione,arg.ff.de interrog.act. l.de ætate.§ fin.ff.de collat.bon.l.nonnumquam, & facit ad hoc, in auth.de execut.& hiis qui cōuen.& reconu.in princ.coll.vii. ii q.iii.c.paulum,sup.eo.c.statuimus,in fin. Sed si alicui in Episcopum electo petenti,suæ electionis confirmationem opponitur, quod non est de legitimo matrimonio * natus.quæritur quis de 22
beat probare,& uidetur quod is qui obiicit,probare tenetur,ut hic,& su.eo.c.statuimus,vi.q.ul.c.accusator, de caus possess.& propriet.c.cum Ecclesia,propè fin.C.de probat.l.actor , nā reus in exceptione actor est.ff.de excep.l.i.& ii. Item in dubio potius præsumitur quis legitimus,ut qui filii sint legit.c.transmisse de probat.c.per tuas de filiis presbit.c.micael.ff.de reg.iur.l. semper,In dubiis quia potius præsumitur matrimonium,quam cōcubinatus,ut.ff. de ritu nupt l.in liberæ. Econtra uidetur quod electus teneatur probare se legitimum,quia petendo confirmationem partibus actoris fungitur , ut.ff. de probat l.ii. & sup. in primis concord.quia potius præsumitur * adulterium, quā ma 23
trimonium a ut .xxx q v.c.aliter,&.c.nostrates. Item cum petitur carboniana bonorum possessio probari debet matrimonium indubitatum, & legitima successio,ut C.de carb.edic.l.fin.nec superior debet talem cōfirmare,nisi prius docuerit se legitimū esse ut sup.eod.c.innotuit,&.c.cū uintonien.&.c. nihil in auth. quo. oport.Epis.§.oportet,& seq.coll.i. Super hoc dixit Io. de Ces. quod petens confirmationem matrimonium debet probare se esse legitimum,parte altera hoc negāte, nisi ipse sit in quasi possessione legitimæ filiationis,ut C. de probat. & l. non rudis ff. de probat.l.quidam,& qui fil.sint legit.c.lator. Nec obst.hæc cōst. & sup.eo.c.statuimus,&.c.dudum ij.in quibus dicitur quod obiiciens crimen,uel deffectum illud probare tenetur, quod hoc uerū est in hiis quæ asserit,non hiis quæ negat , uel dic planius, quod ubi petitur in iuditio electionis confirmatio,uel ipsius accusatio,

a Præsumitur potius adulterium,quam matrimonium.

& opponitur crimen, uel defectus natalium, ponens quod asserit probare tenetur, & hoc not. Papa de dolo, & contum. c. cũ olim, d. ubi uero extra iudicium petitur confirmatio, & fama est quod electus non sit legitimus, tunc ipse coram superiore, qui procedit ex officio probabit se legitimum. & sic intellige prædicta iura.
¶ Quid si proposita exceptione illegitimitatis, uel defectus æta
24 tis, iudex super hoc non pronuntiat * sed electum confirmat, nec a confirmationis, sententia appellatur, nunquid poterit amodo agere contra electum super hiis defectibus, respõ non si plenè fuit de illis inquisitum, & discussum alias sic. ff. de neg. gest,
25 l. si autem. §. fin. ¶ Coram. Coram aliquo * dicitur fieri, quod eo sciente, & intelligente fit, licet non consentiat, ut. ff. de uerb. sign. l. Coram, arg. xx. q. ii. c. i. in princ. & facies hic uersum, nã hæc clausula respicit. & determinat sequentia tantũ, & nõ præcedentia, interposita enim appellatione, siue ante electionem, siue
26 post sub forma * hic posita appellantes accedent ad personas, seu personam authenticam, & coram illa iurabunt, & illa testificabitur de huius præstito iuramento, prout sequitur, nec est necesse coram ea huiusmodi expreßionem fieri, seu appellari, imo poterit hoc in Capitulo fieri. Alii dicunt, quod respicit etiam præcedentia, & quod appellatio, & expreßio, & instrumentum, seu litteræ, & iuramentum, & omnia fient coram illa persona, & illa testificabitur de omnibus coram se gestis, dicunt etiam quod in instrumento, seu litteris appellationis de hoc instrumento mentio fiet, ut arg. C. de Episc. aud. l. iubemus. Sed ex hoc intellectu sequi uidetur inconueniens, quod uidelicet instrumentum publicum non sufficiat ad probationem rei gestæ sine testimonio authenticæ personæ, quod est contra iura inducta, sup. in gloss. illa. sic supr: de sent. excom. c. inter, & C. de Epis. & cler. l. orphanotrophos. §. i; & de usur. c. quamquam, quia utraque probatio per se sufficiens est, ut C. de fid. instrum. l. in exercendis, de fid. instrum. cap. cum Iohannes. sed ipsi respondẽt, hoc de nouo ideo induci, quia sæpe cõpertum est eulogia ex mala fide scribi, ut. ff. de cust. & exhib. reo. l. diuus precedens tamen intellectus magis litteræ congruit atq; iuri: oportet enim appellationem eis contra quos opponitur, & quorum interest notam esse, alioquin non teneretur ad curiam

d Coram quid importet.

uenire, a ¶ Authenticis. idest fide dignis secundū quosdā quod non placet. Alii dicunt quod uocat authenticas personas * in di 27
gnitatibus constitutas, ut. ff. de testib l. iii. in princ. & §. tu magis, ibi cuius dignitate, &c. & in auth. de testib. §. sancimus ibi per dignitates, &c. col vi. & iiii. dist. c. denique, in princ. Ego credo b hoc intelligendum esse de personis authenticis ratione iurisdictionis ecclesiasticæ, uel temporalis cui præsunt, quarum uidelicet sigilla authentica sunt arg. de fid. instr. c. ii. & c. cum dilectus, quæ autē ill æsint not. in spec. iuditial. in tit. de probat. uers. Decimo. Illæ enim perhibebunt testimonium ueritati super hoc p litteras suas prout sequitur, quia graue esset eis ire Romā ad testificandum super hoc. Quidam tamen dicunt quod persona authentica perhibebit testimonium coram iudice, coram quo causa tractatur aliàs non stabitur dicto suo, ut in seq. gl. dicetur, quia non testimoniis, sed testibus est credendum, ut de cohab. cler. & mol. c. tua, ¶ Aut persona. arg. contra, quia uox unius, uox nullius, ut xxxiii. q. ii. c. admonere propè princ. C. de testib. l. iusiurandi. ff. eo. l. iii. §. item diuus, de testib. c. licet uniuersis. Etiam si sit Præses, ut eo. tit. c. licet ex quadam, uel Cardinalis * ut qui 28
dam dicunt quod dic, ut not. in spec. in tit. de teste. §. i. uers. Item quod fuit: uel frater minor, ut eo. tit. in princ. Sed dic quod hoc cōtingit propter auctoritatem iurisdictionis cui præest illa authētica persona sed adhuc est contra de probat. c. quoniam contra, in princ. sed ibi non creditnr ei super suo processu, ¶ Præstito. supple per illos qui animo in formam * intendunt obiicere, uel 29
personas, & scias quod iurabunt simpliciter, & pure, non alternatiue dicendo forte, uel aliqua sibi sufficient de prædictis, uel dicendo sub diuisione quod est excommunicatus maiori, uel minori excommunicatione, aliter enim hæc constitutio non seruatur, nisi simpliciter iuretur, & sic dicunt determinasse D. Innoc. Papā & Dñum Iohannem Papam, arg. ad hoc sup. eo. c. in electionibus, & dixi c in specul. iudit. in tit. de exception. §. uiso. ff. de iniur. l. prætor edixit in princ. Et præstabitur hoc iuramentum, ut quidam dicunt eo tempore d quando oponitur in formam, uel personas, & quando appellatur, alioquin, si una die appelletur, & alia iuretur non ualet appellatio quoniam tunc hæc forma nō ser-

a Authenticum quid dicatur.

b Veram esse hanc authoris sñiam elegáter refert, ac approbat Gemin. hic §. edicto, col. ii uers. quæro, an sufficiat, & (ut debet) Gul. nūcupatim ascribit. Maiol.

c Ex hoc loco lectori cuiuis constare potest euidentissime hunc ipsum ēt Speculi authorem esse, Maic.

d Huius loci meminit Io. an. hic in uerb. præstito utens huius Gul. auctoritate. Maiol.

uatur, quæ reqnirit hoc quasi uno contextu fieri debere, arg. ad
boc. ff. dam. inf. l. qui bona. §. si quis st pulatur de uerb. signif. c.
quæsiuit, & sup. eo. c. cum post. ff. de testam. l. heredes palam. §.
fin. arg. contra quia testis prius iurat, & postea etiam ex inter
uallo deponit, ut de testib. cog. c. præterea, de hoc sup. in glos. co-
ram, &c. Item notabiliter dicit hæc littera de corporali iura-
30 mento * quia illud maioris auctoritatis est quam non corpora
le, ut. C. si minor se maio dixit. l. si alterius, alibi dicitur tactis sa
crosanctis Euangeliis quod idem est C. de iud. l. rem non nouam.
§. patroni, & inf. de postul. c. properandū [a] §. i in auth. iuram.
quod præst ab hiis circa princ. coll. ii. debet enim tangere librū
dicens iuro super hæc sancta Dei Euangelia per me corporali-
31 ter tacta, nisi forte iurans fuerit Episcopus * qui tangere nō de
bet, ut xi. q. i. c. nec honore. C. de Episc. & cler. auth. sed iudex de
iuram salum. c. fin. Quidam tamen intelligunt, & malè quod etiā
Episcopus tangere debet hoc per hanc const. Quid [b] ergo si præ
sente libro Euangeliorum dico iuro per hæc sancta Dei Euan-
gelia quod credo omnia, & singula uera esse, &c. nec tangit illū
resp. non ualet appellatio ex eo quod hic dicitur corporale. &c.
32 * hoc est enim priuilegium Episcopi, ut prædixi, & sic Papa
Nicolaus interlocutus est, arg. tamen contra quod libri presen-
tia sine tactu pro iuramento habetur in prœd. l. rem non nouam.
§. i. item non sufficit librum tangere pedibus, uel cubito, si ma-
33 nus * habet arg. lx. xix. dist. c. singula, & de hæret. c. cum iniū
cto prope princ. de rest spoliat. c. olim. i. faciet enim contra cō
suetudinem generalem quæ est legum interpres. de consuet. c. cum
dilectus. Si autem non habet manus, tangat alio membro, quia
non obligatur ad impossibile. ff. de reg. iur. l. impossibiliū. & sic
dixit idem Papa. Quid si specificatis omnibus, & singulis dicit
34 sic, paratus sum iurare quod credo hec omnia uera esse * & me
posse probare, dic non sufficere nisi iuret, hec enim constit fa-
ctum exigit dum dicit prestito, &c. nam aliud est soluere, aliud
paratum esse soluere: C. de usur. l. acceptam. ¶ Quid si di-
citur in instrumento quod appellans iurauit, non tamen di-
35 citur * quod corporaliter dicunt quidam quod non te-
net appellatio quia non seruauit formam. Contra credo,

a De hoc c. properandum abū de aliás dictū fuit abrogatū fuisse, uide inf. d. tit. de postul. c. i. Maiol.

b Ipsam hanc quest. excitat Io. An. et Nicolai decisionem de qua hic Gul. meminit ēt ille attestatur, attamen authoris nomen reticuit Maiol.

ex quo enim apparet instrumentum publicum, omnia præsumun
tur ritè acta C. de contr. stipul. l. i. ff. de past. l. iuris gentium. §.
quod ferè, & instit. de fideiuss. §. fin. Quid si in instrumento ap
pellationis postquam appellans expreßit ea quæ intendit appo-
nere dicit, sic quæ omnia, & singula iurauit [a] uera esse. Respon
deo hoc non sufficit * iudici qui de appellatione cognoscit, nisi 36
uel per subscriptionem tabellionis, uel aliter constet eum iurasse
arg. C. de edend. auth. si quis in aliquo documento, & de fid. In-
strum. c. i. & sic obtinuit. Item nota hic coram non suo iudice iu
rari posse, ut. ii. q. v. c. mennam, arg. tamen contra de iuram. cal.
c. i. ¶ Credere. simile C. de iuram. Cal. auth. principales. Sed
quare dicit credere, nam uidetur quod simpliciter deberet assere-
re uera esse quia in spiritualibus de ueritate, non de credulitate
* iuratur, ut de iuram. Cal. c. litteras. Sed dic quod hæc pro- 37
ponuntur excipiendo, siue opponendo, ut sup. eo. tit. c. statuimus,
in princ. & in exceptionibus in rebus spiritualibus bene iura-
tur de calumnia, siue de credulitate, ut not. in princ. c. litteras,
¶ Se posse. quod intelligendum est de hiis quæ probabilia sunt
quorum probatio sibi incumbit, si enim uellit opponere contra [b]
formam electionis se non fuisse citatum, & huiusmodi hoc facere
poterit non obstante huiusmodi iuramento, & ad hoc accedit. ii.
q. vii. c. plerumq;. Quid si pluribus in appellatione specificatis di
cit hæc, uel hoc possum probare, uel uolo probare aliquid istorũ,
quod sufficiat ad intentionem meam fundandam, dic quod hu-
iusmodi constit. non seruatur que requirit omnia proposita ue-
ra esse, & probari posse, ut quidam dicunt. Arg. tamen contra
de iudit. c. exhibita, sup. de rescript. c. inter cæteras. Quid si de
pluribus [c] propositis quædam * probauit, quædam non, pro- 38
bata tamen sufficiunt ad intentionem fundandam, dicunt quidam
quod debet cadere, & non obtinere nam uidetur se ad probatio-
nem omnium astrinxisse de probat. c. licet. §. id quoq;. Alij con-
tra, nam hæc const. non arctat eum ad probandum omnia, et sin-
gula, sed solum ad credendũ se posse omnia probare, arg. de exẽp.
prelat. c. grauem. iii q. ix. c. decernimus. Quid si dixit in ap-
pellatione se posse probare omnia, nec dixit singula, dicunt qui-
dam quod non tenet appellatio, quia hæc constitutio utrumq; re-
quirit

a Nota casum singularẽ quod ubi a lege certa iuramẽti forma requiritur nõ sufficit Notariũ in instrumento attestari per hæc uerba et iurauit, etc. quũ de forma iuramenti aliter constare debeat, ut hic elegantur dicitur Maiolus.

b Hanc singularem sententiam approbat hic Gemin. §. edicto. col. iii. uers. quæro an istud, & ibi nominatim (more suo) Gul. ascribit Maiol.

c Io. An, hanc quest. hinc desumpsit, et de more tacito Gulielmi nomine sibi ascripsit, Maiolus.

quirit. Alij contra, & uide sup in gl. sic de appellat. ¶ Alioquin. idest si aliquando appellat omnia, & singula in instrumento publico, uel litteris non expreßit, nec coram publicis personis iura
39 rauerit: Quid si appellans non iurauit, * expreßit tamen quae opponere intendit, nunquid ualet appellatio, & audietur quo ad ea quae sunt in ea expressa. dic quod non, nam ut quidam dicunt in instrumento, uel litteris debet de iuramento praestito contineri, ut sup. in gloss. quae incip. coram, &c. arg. ad hoc. x. dist. c. uide, & de testi. c. in nomine, in fin. C. de legi, l. non dubium. Alij cōtra nam pœna non obseruantis hanc const. est ut non audiatur super illis quae non sunt instrumento, uel litteris comprehensa, ergo uidetur quod super contentis in eis bene audietur, licet non iurauerit, nam hoc iuramentum non est de substantia, quia non dicitur hic quod aliter facta appellatio non teneat prout dicitur de appellatione. c. cordi. §. penul. & sup. eo. c. quia propter, nec fit contra mentē huius const. ex quo non admittitur. nisi quo ad expressa in appellatione, de appellat. c. saepe, in fin. Sed praemissa illatio non recte astruitur, ut patet in seq. gl. quasi dicat, &c. vnde prius dictum uerius est, hoc enim nouū inducit haec const. ne facilè quis prosiliat ad opponendum crimina, uel defectus. ¶ Adherentes. si ergo appellans hoc non obseruauerit, non solum appellans, sed ēt
40 adherentes * ei repelluntur ab obiectione eorum quae expressa non fuerint, & est ratio quia quo ad illa non intelligitur appellasse, ut de appell. c. cordi. §. penul. unde nec ipse, nec illi ex uirtute appellationis quo ad illorū sunt prosequutionē admittendi quia ubi fundamentum non est superedificari non potest, ut. i. q. i. c. cū paulus, & de presb. non bapt. c. ueniens eadem ergo ratio est in appellante, & in adherentibus, ut de accus. c. olim, nam qui adhaerent alteri unus spiritus est cum illo, ut sup. de summ. trin. c. damnamus, prope princ. Item non sufficit, quod principalis appellator solum obseruet hanc const. Imo etiam adherentes [a] seruare
41 tenentur, * iurando crimina, & alia specificando, & aliter nō audientur, ut dicunt quidam ex ui appellationis, alioquin maligηari possent multipliciter, quod praesens const. uitare intendit, iurabunt autem, & specificabunt cum primo se uelle adherere cōfitebuntur. Quid si aliquis cuius interest postmodum non adhe-

a Io. An. hic in uerbo adherentes hanc Gul. opinionem ex ipsius authoritate, & refert & probat. Maiolus.

rendo * ſed principaliter agendo, uel excipiendo opponere uel 42
lit, quæ expreſſa non fuerunt, & uidetur quod non ſit admitten-
dus, alioquin ſemper negabit ſe adhærere, ut ſic ſemper admitta
tur ad opponendũ, & ſic inutilis eſt prouiſio huius conſt. in uerb.
adhærentes: in contrarium uidetur, quia ſemper dicit appellantẽ
ipſi adhœrere idem negotium proſequendo, ut ſic ille nunquam
admittatur. Super hoc dici poteſt, quod ſi tempore appellatio-
nis interpoſitæ abſens fuit ei factum alienum non obeſt. ut de re
iud. c. quamuis, & i. q. iiii. c. i. Certe enim ſunt caſus in quibus
res inter alios acta ignorantibus obeſt, prout not. in præd. decre.
quamuis inter quos iſte non eſt, unde licet non debebant tamquã
adhærentes admitti, admittentur tamquã principales, arg. ſupr.
eo. tit. c. ſtatuimus, iu princ. ibi tam is qui, &c. & ibi quorũ inte
reſt, &c. Quod uerum eodem durante iuditio, nam illo finito nõ
admittetur, niſi ratione ſui ſpecialis intereſſe, & illius ratione ſic
puta ſi dicit ſe ius habere in benefitio, de quo agitur, quia tunc
res inter alios acta, &c. ut in d. c. quamuis non autem ratione ge-
neralis puta quia ſit canonicus, uel ſubditus Eccleſiæ arg. ff. nau.
caup. ſtab. l. licet. §. fin. & ff. de popul. act. l. ii. & iii. aliás nul-
lus eſſet litium finis. Adhærentes quoque nequeunt a ex uirtute
appellationis ſe opponere, niſi infra tempus quo appellare potuiſ
ſent appellationem expreſſe ratificauerint, & dixerint ſe adhæ-
rere uelle, ut. ii. q. vi. c. non ſolent. ff. rem rat. hab. l. bonorum, prin
cipaliter autem bene admittentur, ut dixi, nam Roma b commu
ne forum, * & communis patria, ut. ff. ad municip. l. Roma. ix. 43
q. iii. c. cuncta, & de for. compet. c. fin. Item quod hic dicitur. uel
poſtmodum adhærentes, &c. Intellige quando intereſt adhæren-
tium, alioquin quæ poſt appellationem quæ ſuo nomine non fue-
rit interpoſita, adhærere non poſſent quoad negotij proſequutio-
nem, ut. ii. q. vi. c. non ſolent. ff. de appell. l. a ſententia, ſup. eod. c.
cum inter, &c. ¶ Expreſſa. quaſi dicat ſi non expreſſerint, & iu-
rauerint non audientur. ¶ Interdictam. ipſo iure, idem iuris eſt
ubi appellatur in iuditio ante ſententiam a grauamine, uel inter
locutoria, ut de appellat. cap. cum cauſam, in fin. Alius autem
qui non appellauerit, nec adhæſerit ſe opponere poterit, ut inf.
eod. tit. cap. ſi forte, ibi autem dabit, &c. Vel ſuperior ex offi-

a Hanc notatu dignam ſñiam Io. And. tacito authore de more ſibi aſcribit in uerb. adhærentes, ſed Gemin. hic. §. alioquin. col. ii. in pric. furtũ detegit, & ad Guliel. auctoritatem refert. Maiol ur.

b Roma commune forum, et patria.

tio inquiret, sup. eo. c. cum nobis olim. nec forte sic criminosus promoueatur. xxiii. dist. c. qui Episcopus. a Quid si appellās qui
44 defficit in probatione obiectorum, * uel cuius appellatio reijci tur offert se paratum incontinenti probare electum excommunicatum esse. Resp. non admittetur tamquam pars. sed superior ex offitio de hoc inquiret, & hoc si probationes impromptu sint, alioquin non, ne sic confirmatio retardetur, imo taceat. ii. q. vii. c. plærumq;. vi. q. ii. c. si tantum. ¶ Emisserit. puta quia electus est calumniatus, uel deierauit in causa, ut not. sup. in gloss. si de
45 amplius, &c. Sed pone postea commisit homicidiū, * uel aliud canonicum impedimentum superuenit propter quod electio, postulatio, seu prouisio debeat impediri, tunc enim quæ de nouo emergunt auxilio indigent, ut. ff. de interrog. act. l. de ætate. §. ex causa. ff. de uent. inspic. l. i. in princip. & de iurament. calum. capit. cæterum, & facit ad hoc infr. eod. tit. capit. nulli de except. capit. pastoralis, de offit. deleg. capit. insinuante, de testib. capit. presentium, ¶ Super antiquis. puta quia te-
46 stes qui in remotis * agebant, rediernnt, supr. de testib. capit. ultra, in fin. uel nunc de nouo peruenit in lucem, quod aliqui sciunt super hoc ueritatem, uel forte instrumentum aliquod de nouo repertum est, & facit ad hoc de except. cap. pia. §. penult. ibi sed non est, ita. ff. ad l. Aquil. l. in lege. ff. de furt. l. qui tabulas. §. penult. argum. contra de re iudic. cap. subor-ta, in fin. & cap. inter monasterium. ff. eod. tit. l. Imperatores, patet ergo quod non obest si propoer defectum probationis hæc sollemnitas fuerit omissa. ¶ Aliqua antiqua. puta quia tempore omissæ appellationis bene suberat impedimentum, sed appellans illud uerisimiliter ignorabat prout sequitur ibi de nouo, &c. & ad hoc bene facit Institut. de hæred. qual. & diff. §. sciendum. ff. de condit. & demon. l. ii. §. si quis ex testamento, & l. sequen. & in prædict. decret. pastoralis, & capit. pia, & qui matr. accus. possess. capi. cum in tua. ¶ Verisimiliter. sic infra eod. cap. nulli, nam in hiis quæ
49 publica sunt, & cunctis patent non est probabilis, * nec uerisimilis ignorantia, nec ea quis præsumitur ignorare, ut prim. quæstion. quarta. §. notandum, supra de postulation.

a Gul. sequitur in hac q. Io. an. in uerb. interdictum, eiusq; nomen, & authoritatem recensuit. Maiol.

c.I.& de præsump.c.quarto,& .ff.de inst.l.sed & si pupillus,§.
certè. ¶ Iuramentum. sic in præd.c.præsertim,& .c.pastora-
a Ignorantia proprio iuramento probatur. lis,& nota a ignorantiam * per proprium iuramentum pro 48
bari sic inf.eo.c.nulli,in fin.lxxxii.dist.c.proposuisti, ad fi.ideo
autem iurare cogitur quia præsumitur malitiose proponere,quia
in initio debuit diligenter inquirere aliàs autem quilibet præsu
mitur ignorare * nisi probetur scire,ff.de probat.l.ueri. Hoc 49
autem iuramentum prestabunt per se, uel per procuratorem ha
bentem ad hoc speciale * mandatum, nec poterit illud genera- 50
lis b procurator præstare quia hæc littera dicit per proprium
sic inf.eo.c.nulli,nam scientia, & credulitas opponentis exigitur
in hoc casu non procuratoris prout innuit presens constit.arg.ff.
de iureiur.l.iurisiurandum,§.procurator,& probatur.C.de pro
curat.l.in pecuniariis,& sic obtinuit. & uide in speculo, in tit.
de excep.§.dicto,uers.sed pone datus. ¶ Adiiciendo. Hæc igi-
tur erit forma * iuramenti,iuro quod tempore electionis,postu 51
lationis,seu prouisionis, & meæ contradictionis ignorabam ea
quæ nunc oppono,uel tunc non habebam facultatem probandi,&
nunc ea probare possum,& ad ea probanda credo me sufficientes
habere probationes,ut hic patet. ¶ Sed quid si aliquis tempore
appellationis quædam expreßit, * & iurauit,numquid ad hec 52
præstabit hoc sacramentum in hiis casibus,uidetur quod non quia
semel tantum in causa iuratur,ut.C.de iuram.Cal. auth.hoc iu-
ramentum,& de iureiur.c.& si Christus, propè fin. Sed dic con
tra arg sup.eo.c.dilecti,& in præd.c pastoralis, de iureiuran.
¶ Statuit. supra eod.c,statuimus.§.penul. & fin.

b Hæc uerba tāquā Gul.authore dicta refert Io.An.hic in uerbo p propriū. Et licet multi cōtrariū senserint, tñ Gemin. hic.§.super, quasi p totū latè disputando nominatim Gul.adhæret. Maiol.

SVMMARIVM.

1 AVARITIA idolorū seruitus,& omniū malorū mater.
2 Auaritia,cupiditas,& ambitio differunt.
3 Ambitio ab ecclesiasticis,& secularibus hominibus cessare debet.
4 Prohibito aliquo,& omne illud per quod peruenitur ad illud.
5 Quot,& quibus modis fiat fraus legi remiss.
6 Papa dum eligitur confirmatur.
7 Papa existente ultra montes,possunt itali Episcopi administrare

statim post electionem, ibid.

8 Filiifam. fideiußio pro alio mutuum suscipiente, ut ad se pecunia perueniat prohibetur.

9 Facere uidetur faciens per alium.

10 Gerere uidetur etiam per minimam partem.

11 In toto idem ius quoad totum quod in parte quoad partem.

12 Gerere uerbum aptum iuditio, & extra.

13 Pœna. c. Auaritiæ incurritur sine sententia.

Greg. X. In Concil. Lugd.

CAP. III.

1 AVARITIAE a quæ est seruitus * idolorum, ut de præb. c. auaritiæ, & xxviii. q. i. c. idolatria, & mater omnium malorū, ut in auth. ut iud. sin. quoq; suff. §. cogitatio, col. ii. ibi est quoque hoc sacrorum, &c. & quæ humanos solet peruertere sensus, ut. xi. q. iii. c. quatuor, & . iii. q. v. c. accusatores, & ideo est legitimis ictibus ferienda, ut. C. de inof. test. l. si quis in suo. Item cupiditas est radix omnium malorum. xlvii. dist. c. bonorū, de pœn. dist. ii. c. quia radix, sup. de constit. c. nam concupiscen-
2 tiam. Et not. quod auaritia b est in retinendo, * cupiditas, in aquirendo, ambitio uero proprie est improbus, seu immoderatus appetitus ad consequendū quod iustitia negat, ut hic, & de præb. c. cum iam dudum, ideo autem dicitur auaritia cœca, quoniam excecat animos ne agenda uideant, & a prohibitis non declinent, ut
3 hic patet, & xlvii. dist. c. uirum. ¶ Ambitionis. quæ in * ecclesiasticis, & secularibus honoribus cessare debet. ut lix. & lx. dist. c. si offitia. lxi, dist. c. miramur circa fin. viii. q. i. c. in scripturis. i. q. vi. c. sicut is. C. de re milit. l. contra. lib. xii. ¶ Exquisitis. nam cum ius interdicat ne quis ante confirmationem administret procurabant se eligi yconomos, ut sub hoc nomine uel simili, possent contra intentionem iuris administrare, prout sequitur quod in partibus Tusciæ uidemus frequentari. Hij ergo seruabant uerba legis mentem autem circumueniebant, ut. ff. de legib. l. contra legem, xiiii. q. iii. c. plerique, sup. de priuileg. c. quanto, & de simon. c. ea quæ, &. c. in tantum, & ideo in legem committebant,

a In hunc Canonem Gul. scripsisse commentarios attestatur gl. in c. ii. inf. de temp. ordin. in uerb. Italiæ. Maiol.

ut C de legib. l. non dubium. C. quod met. cauf. l. ſi per impreſſionem, ex quo cum aliquid prohibetur, * & omne id per quod 4
quod peruenitur ad illud prohibitũ intelligitur eſſe, ut C. ſi man. ita fuer. alien. l. fin. ff. de ſponſal. l. oratio, & de procurat. c. tuæ. Quot autẽ, * & quibus modis fiat fraus legi not. in præd. 5
decret. quanto, & in præd. c. plæriq; ⸿ Iure. ſup. eo. c. noſti, & c. qualiter, & de præb. c. cum iam dudum. Fallit tamen in ultramontanis concorditer electis, ut ſup. eo. c. nihil eſt. §. fin. & in Papa * qui dum eligitur confirmatur. Et idem in Imperatore, 6
ut not. ſup. eo. cap. ubi. uerſ. ſextum. Quid ſi papa ſit ultra mõtes numquid Italici, [a] & alii citramontani poterunt adminiſtrare ex beneficio præd. conſtitutionis, nihil eſt. §. fin. Videtur quod non quia hoc uidetur priuilegium Vltramõtanorum. xxvi. q. ii. c. non exemplo. ff. de reg. iur. c. priuilegia. Dic contra * 7
quando eadem eſt ratio hinc inde ex quo remoti ſunt unde idem ius eſſe dicetur, ſup. de conſtit. c. translato. ff. ad l. Aquil. l. illud, lex enim debet eſſe communis. iiii. diſt. c. erit, nec eſt hoc priuilegium, ſed ius commune. ⸿ Malitiis. ſup. eo. prox. ⸿ Latius. ideſt latè. ut ſequitur, ſic de accuſ. c. licet, prope fin. uel potius ſu pr. de iniur. c. & ſi pignorationes, ibi diſtrictius, uel dic latius uidelicet quam per iura priora prouiſum eſſet per quæ directe, ſiue tamquam electus arcebatur ab adminiſtratione, unde uidebatur quod alio modo, ſiue indirecte poſſet ſe immiſcere arg. ff. de adopt. l. ſi pater. §. qui duos, & qui fil. ſint legit. c. per uenerabilem. § inſuper. Sed hoc tollit hæc conſtitutio dum dicit alio colore. Item olim electio eius irritabatur, hodie aliter eſt. ut infr. ſequitur in fin. ⸿ Generale. [b] ex hoc uerbo patet hoc eſſe ius generale. C. de leg. l. iii. xxv. q. i. c. generali, inf. eo. cap. quamuis de uſur. c. uſurarum, ⸿ Procurationis. ſup. eo. c. cum nobis, ad fin. ⸿ Colore. puta ſub nomine uicariæ, ut ſup. de reſcript. c. poſtulaſti. de off. uic. per totum, ⸿ Vel commendæ. ut inf. eo c. nemo. ⸿ Vel Caſtaldionatus. & huiuſmodi. habes diuerſorum offitiorum nomina. i. quæſt. iii. cap. ſaluator. Vel dic quod hoc ideo facit quia res Eccleſiæ peribant. Vel quod facit hoc tamquam canonicus, non tamquam electus, quod olim licebat ſecundum Laurent. ut not. ſupr. eod. cap. qualiter. Et ad hoc eſt ſimi-

a Hoc ratiocinãdi genus trãsfert, Io. And. inf. de tẽp. ord. c. i. in uerb. Italiæ, refertq; argum. Gul. deſũptum ex hoc loco. Idem Geminian. col. 4. Maiolus.

b Generale uniuerſalis legis ſignum.

le quod dicit lex quod filiusfamil. non debet quæsito colore
8 fideiubere * pro alio qui accipiat mutuum, & pecunia per-
ueniat ad ipsum filium, ut ff. ad Maced. l. sed, & Iulianus.
& ad idem de tempor. ordin. cap. eos qui. ff. de inoffit. te-
stamen. l. hoc colore, de postul. cap. properandum a . §. cœ-
terum. ¶ In spirituali. b ut excommunicare, absoluere, in-
terdicere. pœnitentias iniungere, & similia. xvi. quæst. i.
capit. interdicimus, & de exemp. prælat. capit. accedenti-
bus: ¶ Temporalibus. ut recipere Census, & debitam cu-
ram colligendorum, & seruandorum fructuum habere, & si-
9 milia. ¶ Vel per alium. quia qui per * alium facit per se
facere uidetur. ff. da administrat. tut. l. Ita autem. §. gessis-
se de sentent. excommunic. cap. mulieres. & is possidet cuius
nomine possidetur, ut de restitut. spoliat. capit. cum uenisset.
ff. de aquiren. possess. l. quod meo in princ. ¶ Vel pro parte.
10 quia * gerere uidetur qui etiam minimam partem de hæ-
reditate attigerit. ut ff. de aquiren. hæredit. l. si seruum.
11 §. si quis seruus, & quod iuris est in toto * quo ad totum,
idem etiam iuris est in parte quo ad partem, ut ff. de rei uen-
dit. l. quæ de tota ff. de furt. l. uulgaris quæ est de pœnit. dist.
i. cap. uulgaris, & de offit. deleg. cap. pastoralis. §. cum totum,
12 ¶ Gerere. in * iuditio, uel extra, quia ad ea pertinet, hoc uer
bum gerere, ut ff. de uerb signif. l. uerba contraxerunt, & l. licet
inter gesta. ff. de minor. l. ait pretor. ¶ Recipere de prouentibus.
simile dicit lex in tutore. C. arbit. tut. l. fina. & not. secundum
Ioan. Gale. c quod hæc littera tria diuersa ponit, scilicet, ge-
rere supple auctoritate capituli, recipere supple administra-
tionem a capitudo, licet non gesserit, & illi se immiscere sup-
ple sine auctoritate, uel uoluntate, licet hoc faciat colore que-
sito, tu dic, ut in sequen. gloss. ¶ Eo ipso. scilicet quod si ad-
ministrationi d immiscuit tamquam procurator, uel yconomus,
& non eo solo, quod se facit constitui procuratorem, uel yco-
nomum, si se non immiscuit, prout hic innuitur supr. ibi nullus
de cœtero, &c. argum. ff. quod quis. iu. l. i. circa fin. & de
cleric. non reside. cap. relatum, ¶ Primates. sine e alia sen-
13 tentia * secus erat olim quia electio irritabatur ut in præd. c.

a Iam sæpe diximus hoc c. properandũ abrogagatum esse vide quæ dixi in mãrgine suo. Maiol.

b Ex hac gl. & sequenti habes lucidissima exẽpla administrationis spiritualis & tẽporalis; nec alibi tã aperte cõperies. Maiol.

c Hic Io. Galen. magnæ vir eruditionis. qnẽ inter præcipuos annumerauit Spe. in prohæ. Spec. in vers. Porro. quo loco Io. An. in magna additione eũ collaudat qnidẽ sed miratur eũ Bernardo Cõpost. fuisse præpositũ. Maiol.

d Hanc sententiã de Gul. auctoritate & refert; & approbat Io. An. hic. & Gem, Maiol.

e Approbat Io. An. hic Gul. autheritatẽ referens. Maiol.

qualiter. Quod si nullum ius ex electione eis competebat, uel si forte competebat, illi renuntiauerit, dic eos teneri ad fructuum restitutionem, & aliter superioris arbitrio debere puniri arg. sup. eod. cap. dudum. ij.

SVMMARIVM.

1 Magistro experto credendum.
2 Artem facit experimentum.
3 Artificium quodlibet per exercitium suscipit incrementum.
4 Perpetuo uariis modis sumitur.
5 Posse dicimur quod commode possumus.
6 Commode uerbum quomodo accipiendum.
7 Electores non possunt ultra octo dies differre electionis praesentationem.
8 Matrimonium contrahitur inter ecclesiam, & electum ex consensu mutuuo.
9 Electi consensus infra mensem praestari debet.
10 Mensis semper in iure triginta continet dies.
11 Inuitus nemo cogitur crescere, nec electioni de se factae cōsentire
12 Consentire renuens saepe inuitatus incurrit ambitionis notam.
13 Tunc uox extremum temporis articulum significat.
14 Monaci non possunt consentire electioni sine superiore.
15 Monaci, ac regulares ordinari nō possunt sine superioris licētia
16 Monacorum superior tenetur dare licentiam consentiendi.
17 Mensis regularibus currit a die obtentae licentiae.
18 Licentiae petitio non sufficit, sed obtineri debet.
19 Tempora trimestria uariis causis.
20 Tempora uaria obseruanda in prouidendo, consentiendo, confirmando.
21 Consecratio petenda est infra tres menses post confirmationem.
22 Archiepiscopus consecratus infra tres menses pallium petit.
23 Confirmatio ab electo peti potest per procuratorem.
24 Iure suo utens non uidetur dolo facere.
25 Electis duobus, confirmatio debet peti ab electoribus.
26 Confirmationem petens uenit in curiam cum idoneis personis de se attestantibus.

Confir-

27 Confirmationis inquisitio committi solet trib. Card. uidelicet Episcopo, Præsb. & Diacono.
28 Impeditis tempus electis non currit in petenda confirmatione.
29 Neceßitate impeditis succuritur.
30 Confirmationis petendæ lapso tempore, ipso iure nulla est electio.
31 Confirmationis tempore lapso ijdē electores possunt aliū eligere.
32 Electio, & Postulatio ijsdem regulis procedunt.
33 Confirmatio, aut consensus præstitus post tempus iuris nihil ualent, nisi sciens superior dispensare uideretur.

Gregor. X. In Concil. Lugdun.
CAP. IIII.

QVAM SIT [a] quam idest quantum. ℣ Dispendiosa. idest damnosa, sup. de rescript. c. dispendia, & de accusat. c. qualiter. ij. prope fin. ℣ Iura. sup. eo. c. ne pro defectu, & c. cum inter uniuersas, quinquag. dist. c. postquam, & sup. c. prox.
1 ℣ Magistra. unde dicitur experto crede * magistro, ut quinquag. dist. c. ut constitueretur, & graue est inexpertos diuinis offitiis applicari, ut xix. q. iii. c. monaster. experimentum enim fa
2 cit artem * arg. C. de iudit. l. certi. in auth. ut defunct. seu funer. circa princ. coll. v. & de consa. & affin. c. non debet, & omne
3 artificium per exercitium suscipit incrementum * ut. ff. de leg. iii. l. legatis. §. ornanicibus. C. de excus. artif. l. i. lib. x. ℣ Cupientes. sic inf. de dol. c. finem; in princ. omnia enim legislatori in magna sunt cura, quæ ad Deum bene se habeant, ut in auth. ut hij
4 qui oblig. se perhib. in princ. coll. vi. ℣ Perpetuo. * idest generali, ut sup. eo. c. ut circa, uel propriè ponitur pro tēpore, ut. ff. pro soc. l. i. & inf. c. prox. quia iura perpetuo durare debent, ut xxv. q. i. c. quæ ad perpetuam, & c. seq & q. ii. c. institut. & c.
5 ecclesiasticè. ℣ Commode. [b] quia hoc dicimur posse * quod commode possumus. ff. de uerb. signif. l. nepos proculo in fin. uel quod iustè, ut xxii. q. ii. c. faciat, ubi de hoc, & intellige commo-
6 de * uidelicet, consideratis absentia & præsentia, & statu Ecclesiæ persona, & qualitatis temporis, & uiarum, ut infr. uers. quo casu. xix. dist. c. secundum, nec erit hoc tempus minimum, nec

a Certo certius est Gul. hūc eundē esse qui, & speculi author fuit, & in hunc canonē cōmētarios scripsisse, ut liquidò constare potest in Spec. in tit. de elect. §. i. uers. idē uerò electus, quo loco citat semetipsum in hiis cōmentariis, ut inf. magis opportunè dicam Maiolus.

b Cōmode posse & iuste posse.

maximum, sed quod magis intellectu percipi, quam elocutio=
ne exprimi poßit, ut de donat. capit. apostolicé, prope fin.
uersic. quod quidam, &c. & ff. rem rat. hab. l. quo enim. §.
Iulian. & ff. de solut. l. inter, & ideo relinquitur Iudicis ar=
bitrio, ut de offic. deleg. C. de causis. ff. de iur. deliber. l. i.
ff. de uerbor. obligat. l. continuus. §. cum ita, C. de dilat. l.
i. Debet ergo statim, celebrata electione præparare se ad eun=
dum si ille absens fuerit. Si autem electores fuerint in mora
præsentandi electionem non nocebit electo. ff. de reg. iur. l. non
debet alteri, & argum. supr. eodem cap. publicato, argum. ta=
men contra infr. in §. nisi ibi quo casu, ubi negligentia ele=
ctorum obesse uidetur, hodie autem eligentes electionem ultra
octo dies * postquam commodè poterunt præsentare differen= 7
tes excluduntur quo ad se a prosequutione processus, & insu-
per a benefitiis, quæ in Ecclesia illa obtinent per triennium
sunt suspensi. Electo tamen quo ad iuris sui prosequutionem per
hoc non præiudicatur, ut in constitut. Nicolai, eod. tit. cap.
cupientes §. cæterum. ¶ Consensu. ut per mutuum * con= 8
sensum eligentium & electi speciale matrimonium inter electum,
& Ecclesiam contrahatur, ut sup. eo. c. cum inter canonicos, &
de translat. c. inter. ¶ Infra mensem. nota nouum, & utile ius,
ut electus infra unum mensem a die præsentatæ sibi electionis. &
requisiti consensus consentire teneatur, olim non erat certum tē=
pus statutum ad præstandum consensum, uerum Papa a &
Dominus meus. Not. supr. eod. capit. cum in cunctis super uer=
bo decurso, quod si electus oblata sibi electione consentire nole=
bat canonici statim poterunt alium b eligere, argum. supr. eod.
capit. cum inter canonicos. § fin. & capit. cum terra, & lxi.
distint. capit. studij, concessa tamen cum aliquantula delibera=
tione, argum. ff. de solut. l. quod dicimus, institut. de inut. stip.
§ fin. & quinq. dist. c. ponderet, in princ. Alii dicebant, quod sibi
aßignari debebat certum tempus a superiore ad consentiendum,
ita quod illud non excederet tres menses a die uacationis, & si
infra illud non consentiret tacitè uidebatur renunciare. Do=
minus autem meus c not. in summa eod. tit. §. quam pœnam
uersic. quid ergo si capitulum ad fin. quod consensus electi ex-

a Innoc. iiii. intelligas, ut alias opportune dixi. Maiol.
b Hunc ipsum locum citat ipse Specul. in tit. de elect. §. i. uers. idem uero electus quo loco dicit se scripsisse in hac decre. itaq; habes hōis ipsius testimoniū quis dubitet? Maiolus.
c Intellige Hostien. Spec. preceptorē de quo alias dixi. Maiolus.

pectandus erat uſque ad ſex menſes à tempore ſcientiæ nume-
randos, niſi penſatis negotiis, & circumſtantiis per ſuperio-
ris prouidentiam magis, uel minus foret expectandus, ut lit.
non conteſt. cap. quoniam. §. ſi uero, uerſ. quod ſi forſan. Ho-
die uero hoc determinatur hic. Cauſā autem huius conſtitutio-
nis præbuit, quod duobus, uel pluribus in diſcordia electis al-
ter eorum de iure ſuo forte dubitans, uel ex alia cauſa electio-
ni de ſe factæ non conſentiebat expectans euentum litis cum
altero electo inchoatæ. Illa autem caſſata, uel ſaltem in caſu
exiſtente tunc ſuum præſtabat aſſenſum, & confirmationem pe
tebat, prout ſæpe fieri fecimus, & ſic contra mentem iuris ec-
clesiæ diu uacabant. Dicunt a autem quidam quod menſis
9 iſte habebit tot dies, quot * continebit menſis in quo electio
10 præſentatur. Et alii dicunt ſemper computari triginta * dies
pro menſe. ff. de diuer. & temp. præſcript. l. ii. ff. de uerbo.
ſignific. cap. cum biſextus. ¶ Teneatur. non tenetur quis ne-
11 ceſſario conſentire * electioni, quia nemo cogitur creſcere in-
uitus, ut lxxiiii. diſtint. cap. geſta, ſed ſi conſentire uelit, hoc
infra menſem facere tenetur, imo precibus, & inſtantia de-
12 uinctus, & pluries inuitatus conſentire * debet ne de ambitio-
ne notetur, ut C. de Epiſcop. & cleric. l. ſi quemquam. i. q. vi.
cap. ſicut. & viii. q. i. cap. in ſcripturis: in quibus iuribus col
ligitur, & not. qualiter debeat aſſentiri, & not. ſecundum Pa
pam b ſupr. eod. cap. cum in iure, ¶ Vltra. ſubaudi menſem,
¶ Ex tunc. ergo uſque ad finem menſis poterit expectare, nam
13 hic articulus tunc * extremum menſis tempus ſignificat, ut. ff.
de cond. & dem. l. ſi is. §. ſi ita, ¶ Hoc ipſo. ſupra eod. prox.
in fin. nec requiritur alia priuationis ſententia licet ubi du-
bium fuerit declarari poſſet, finaliter ipſum eſſe priuatum,
ſi tamen iuſtum impedimentum fuerit non currit ei hoc tem-
pus, prout dicitur infra in ultimo caſu, ubi de hoc, & hoc
ſatis innuit, uerbum diſtulerit, ſupra poſitum. ¶ Conditio.
14 puta quia eſt monacus, * uel canonicus regularis, uel de or
dine minorum, uel prædicatorum, qui de iure non poſſunt con-
ſentire electioni factæ de ſe abſque ſuorum ſuperiorum licen-
tia, ut de renuntiat. capitul. poſt tranſlationem, prope princ.

a Io. An. hinc deſumpſit uerba hæc, & tranſtulit in gl. ſuā incip. menſem, & Gul. auctoritatem adducit. Maiolus.

b Papa Innoc. iiii intellige, ut iam ſæpe opportunis locis dictū eſt. Maiol.

princ. ibi super hoc requisito, & sic intellige de uoto c. per tuas
in fin. quia, nec ordinari * debent sine illorum licentia, ut de 15
temp. ordin. c. ad aures. lxxi. dist per totũ, Superior autẽ * hu- 16
ius licentiam dare tenetur, & ad hoc superior cogi poterit, nisi
iustã causam habuerit denegandi, prout not. in præd. decret. post
translationem, porro huius licentia obtenta electus habebit men-
sem integrum * ad consentiendum, qui non currit, nisi ex quo cõ 17
sentire potuit, ut sup. uers. electus. Not. C. de ann. excep. l. i. §. fin.
& de conces. præb. c. quia, ¶ Moderando. per electores, uel me-
lius arbitrio boni uiri, quia ipsimet electores petere possunt, ut
sup. dictum est. ¶ Obtinere. non * ergo sufficit licentiam pete- 18
re, imo est necessarium obtinere, ut præmisit, alioquin electores
poterunt a ad electionem alterius procedere, ut hic dicit, quidã
tamen scripserunt, quod si per eos non stat, quia forte benè petie-
runt, sed non obtinuerunt licentiam non est eis imputandum, nec
tunc poterũt electores alium eligere, ut ii. q. vi. c. anteriorũ, uers.
ad hoc, & de appell. c. ex ratione, & ipsi possunt a denegatione
licentiæ appellare, ut de appell. c. ut debitus, & c. cordi, & supr.
in gl. puta quia, &c. Sed hæc littera contradicit. ¶ Facultatem.
etiam si tres menses transierint, a tẽpore uacationis, nec erit tũc
necessaria aliqua restitutio, prout not. sup. eo. c. ne pro defectu, &
inf. sequitur ibi iusto impedimẽto, &c. ¶ Infra tres menses. olim
autem quilibet electus debebat petere confirmationem electionis
suæ modico ei tempore concesso a se, uel nuntio præparando, ut
quidam dicunt lxi. dist. c. catinensis, & quinquag. dist. c. postquã
Alii quod habebat vi. menses a tempore electionis, ut lit. non con
test. c. quam. §. quod si super. ut not. secundum Papam b sup. eo.
cum in cunctis, hic igitur statuuntur tres menses * ad hoc, simili 19
ter statuuntur tres menses a die uacationis in cathedralibus ec-
clesiis, & in abbatiis ad eligendum, sup. eo c. ne pro defectu, &
quinquag. dist. c. postquam. lxiii. dist. c. obeuntibus, item hæredi
dantur tres menses ad repudiandam hereditatem postquam sciuit
se heredem esse, ut C. de iur. deliber. l. scimus. §. cum igitur, & §.
seq hodie autem in causis quæ deferuntur a sede Apostolica, uel
per appellationem, uel per eos qui ei immediatè substituuntur ele-
ctus infra unum mensem post consensum prestitum, uel ẽt postquã

a Hæc uerba singillatim Io. an. retulit in uerbo obtinere, utens huius Guliel. auctoritate. Maiol.

b Innoc. intellige, ut alias opportune dictũ est. Maiol.

nouerit se electum, ubi electio tempore debito sibi representatur,
debet arripere iter ueniendi cum omnibus iuribus, & aliis suis
personaliter ad sedem ipsam petiturus confirmationem electionis
suæ, & si expectatus per xx. dies postquam uenire potuerit illam
petierit, uel saltem iustam absentiæ causam infra ipsos xX. dies
non probauerit ipso facto cadit a iure sibi per electionem quæsi-
to, ut dicitur in const. Nicolai. eo. tit. c. cupientes. §. i. Nota igi-
20 tur * circa hæc tempora a nam capitulum habet tres menses
ad eligendum, ut dixi quo facto quam cito possunt debent petere
consensum electi, ut hic. item electus debet consentire infra men-
sem a tempore præsentatæ sibi electionis, nisi forte sit religiosus
prout hic sup. dicitur. item a tempore præstiti consensus tenetur
infra tres menses petere confirmationem, ut hic sequitur. Item a
21 tempore confirmationis debet infra * alios tres menses petere
consecrationem, ut lxxv, distint. c, quoniam. Item si sit electus
in Archiepiscopum, a tempore consecrationis infra b alios tres
22 menses * debet pallium petere, ut centes. dist. c. i. & iste est ue-
rus intellectus prædictorum iurium, licet aliter sonare uidean-
tur, & a quibusdam aliter intelligatur Alexāder uerò Papa iiii,
statuit tempus vi. mensium ad obtinendam consecrationem a tem
pore confirmationis, ut ex. de sacr. unc. c. cum ad Romanam, & c.
quia olim, sed illud fuit prouisio non ius generale. Sed si datur
electo mensis ad consentiendum, & tres menses ad petendum con-
firmationem, secundum hoc ultra tres menses tenere poterit eccle
siam uiduatum, contra iura illa, cent. dist. c. i. & lxxv. dist. c. quo
niam, & de translat. prel. c. inter. Sed dic quod etiam secundum
iura antiqua consecratio ex causa poterat ultra tres menses dif-
ferri, ut patet in præd. com or. & etiam electio, ut vii. q. i. c. con
stitutum, & in præd. c. obeuntibus, & xxviii. dist. c. de Siracu-
sanæ, nec hoc dicitur quia omnia infra tres menses fieri debeant
si poßibile sit. Item post mutuum consensum eligentium, & ele-
cti non dicitur ecclesia proprie uacare, ut sup. eo. c. cum inter ca-
nonicos, uersus finem, & in præd. c. inter. §. sicut aūt. ¶ Petere.
23 nota electum posse per se, uel per procuratorem * suum petere
confirmationē suæ electionis, sic sup. eo. c. cū inter prim. Resp. &
c. quamquam, & c, cum in cunctis, & lxi. dist. c. catinen. Item, &

a Tempora ad eligendum, consentiendum, cōfirmandum, cōseruandum.

b Archiepiscopi pallium. infra quantū tēpus petendū.

a Hunc locum a Gul se desum psisse refert Io. And. hic in uerbo petere, Maiol.

b Innoc.iiii. ut alias dictum. Maiolus.

electores a hoc petere possunt, ut sup. eod. cap. cum inter canonicos, & c.cum dilectus, & c. dudum in princ. & si electores hoc petunt electus nihil petendo non incurrit penam quae hic sequitur. Sed nunquid electus per se, uel per suum procuratorem hoc petens ambitiosus est uidetur quod sic ut in concord. positis. sup. in gl. non tenetur, & c. dic quod ubi aliquis solus electus est. & maxime si concorditer satis honeste potest per se, uel procuratorem petere confirmationem electionis suae, quia nemo uidetur dolo * facere qui utitur iure suo. sup. eo. tit. c. cum ecclesia. 24
ff. de reg. iur. l. nullus cum simil. Si autem duo in discordiam sunt electi, melius est quod electores hoc prosequantur, * arg. viii. 25
q.i.c. sciendum, secundum ea quae not. Papa b sup. eo. c. cum in iure, & fin. & scias quod petens confirmationem * debet uenire 26
ad curiam cum personis idoneis puta electoribus qui possint Romanum Pontificem super negotiis circumstantiis informare, ut inf. eo. c. nulli, & melius in const. Nicolai Papae. eo. tit. c. cupientes, praeterea etiam solent committere uni Episcopo, & uni presbitero, * & uni Diacono Card. huiusmodi inquisitionē, & il 27
li inquirunt de numero, de zelo, & studiis eligentium, & de mentis electae personae, & examinant formam decreti, & totum electionis processum. ℣ Iusto impedimento. ergo non currit haec praescriptio si iusta causa impeditus non petierit, sic sup. eod. c. ne pro defectu, & ita uidetur hoc tempus * quodammodo utile 28
esse quia non cessantibus efficere non potest, ut C. de inoffi. testa. l. contra maiores cum suis concord. sup. de rescrip. c. si autem, & c. plerumq;. ff. de diuer. temp. praesc. l. i. necessitate enim impeditis * succurritur, ut. ff. ex quib. cau. maio. l. ab hostibus. §. sed 29
quod simpliciter, & l. non enim, & l. succurritur, potest autem dici iustum impedimentum, infirmitas, uiarum discrimen, superioris impedimentum, Curiae Romanae frequens de loco ad locū translatio & similia, arg. ff. si quis caut. l. ii. & de pignor. c. significante. & de accusation. c. ueniens, & de appell. c. cum parati, & de offi. deleg. c. pastoralis. §. fin. xviii. dist. c. si Episcopus. ℣ Vacentur. ex hoc uerbo uidetur quod per sententiam, & non ipso iure efficiatur nulla talis electio, & cadit iste a iure suo. & hoc tenent quidam, & aliud est hic quam in casu praecedenti quando

non consentit [a] infra mensem quod fortius uinculum contrahitur post consensum, quam ante, & ideo difficile rumpitur. Sed dic contra, quia dicit eo ipso sic supr. cap. prox. in fin. lapso ergo huius semestris tempore iusto impedimento cessante ipso
30 iure * nulla est electio, & electores ad alium procedere po-
31 terunt * prout in casu præcedenti dictum est, quia capitulum non inuenitur negligens fuisse in eligendo, licet electus fuerit negligens in confirmatione petenda. Sed contra quia in casu negligentiæ deuoluitur eligendi potestas ad proximum superiorem, ut in præd. cap. ne pro defectu. eod tit. cap. bonæ. i. ad fin. & de conceß. præb. cap. quia. Sed iura illa loquuntur in negligentia eligendi quia hoc non inuenitur, ut dixi, est ergo hoc ius nouum nã non petens confirmationem, numquam propter hoc a iure cadebat quod sibi fuerat ex electione quæsitum, sed a superiore cogi poterat petere confirmationem prout not. secundum Papam [b] supr. eod. tit. cap. cum in cunctis super uerbo decurso tempore. Et quia hoc statuitur in electione [c] idem iuris est in po-
32 stulatione * quia eadem est ibi ratio, ut sup. de constitut. cap. translato. Quid si electus consentit post mensem a præsentatio-
33 ne electionis sibi factæ. & non ante, aut postea * eius electio confirmatur? Dic quod non ualet quod agitur sup. eod. cap. auditis xVi. q. iii. §. potest. ff. de reg. iur. l. quod ab initio, imo in detinendo sic Episcopatum peccat, nec facit fructus suos. Nisi forte confirmatio facta fuerit scienter per eum qui ipsum beneficiũ alias conferre uideretur.

a Hanc ipsam doctrinã sequitur, & refert Io. And. hic in uerb. uacuetur utens Gul. auctoritate. Maiol.

b Innoc. iiii. ut aliàs sæpe dixi Maiolus.

test esse quod aliquis uideatur prima facie ius habere, & ex post
facto aliud apparet, ut instit. de except. circa princ. & est exem
plum ad hoc ff. de condit. indeb. l. ii. §. si quid, & de frigid. & ma
lef. c. fraternitatis in fi. b ¶ Improbũ. idest iniustũ, sicut alias
45 dicitur improba, uel dic improba * quæ probari non potest, ut
vi. q. ii. c. si tantum ii. q. vii. c. plerũq; quia quandoq; defficit pro
batio licet ius non defficiat. ff. de testam. tut. l. duo sunt titii. ¶ In-
scia fide. c sic C. eo. ti. l. quisquis. §. pterea, et iii. q. vii. §. tria et
46 uers. si quis adeo & dic fide, idest legalitate * sic sumitur inst.
de rerũ diuis. §. uẽditæ, qñq; sumitur fides pro promissione, ut de
spõsa duorũ. c. i. ¶ Reliquis. cõtinetur. n. in dicta lege rẽ nõ noui
in prin. de iuramento iudicis p præsentiã euangeliorũ, & qđ lo=
co illius aduoc. qui deserit litẽ alius nõ subrogetur, et si aliqui
remaneant in defensione cãæ, alii uero exeant terminus sine finis
cãæ manifestabit qui timidius, quiq; audatius iuditiũ reliquerint
uel ptulerint. ¶ Procuratores. isti olĩ nõ iurabãt, et ex nũc addit
illi cõstitutioni. ¶ Assumpserit. illi cõtinuẽ residendo, et cãs coĩter
47 prosequẽdo. d ¶ Mota controuersia. in hoc * uidetur corrigi
pred. l. §. patroni, in prin. ubi dicitur qđ lite cõtest. prestabitur hu
iusmodi iuramentũ, quia ante litis contest. non dicitur quis agere
48 * sed uelle, ut. ff. rẽ rat. hab. l. amplius, hic uero dicit qđ mota
controuersia qđ potest esse lite nondũ contestata, ut de uerb. sign.
c. ex parte. ii. & not. C. de pet. hered. l. si post motã, & l. i. ff. de pe
tit. her. l. item ueniunt. §. petitor autem, & l. diuus. Sed & ante
litem contestatã possunt multæ malitiæ, et protractiones causarũ
fieri quibus hic intendit occurrere, ut sup. in prin. & p solã cita=
49 tionem lis dicitur cepta, * ut sup. de offi. deleg. c. gratum, & C.
de litig. auth. litigiosa, alii dicunt qđ tantũ post litẽ contestatã iu
rabit, & not. qđ hic loquitur de spirituali, & singulari aduoca
to, supra uero de communi. ¶ Omnibus. sibi soluere uolentibus.

a Hoc notabile dictũ refet idẽ ipse Spec. in ti. de aduoc. §. i. uers. imo illa probanda est, citans hunc locum quum tñ ibi Io. an. subdiderit constitutionẽ reuocatã esse, & idẽ Specul. in ti. de sal. procur. & tabell. uers. sed nũ quid salarium. Maiol.

b Improbum quid dicatur.

c Fides quid importet in materia iuris.

d Lis et cõtrouersia quid.

¶ Nolluerint. sed nũquid eo ipso quod * non iurati patrocinan 50
tur in causis incidunt in hanc pænam, quasi iurare nolluerint, dic
quod non nisi moniti, uel requisiti a iudice recusauerint iurare
monitio * enim præcedere debet pœnam. xii. q. ii. c. indigne, et 51
hic innuit dum dicit nolluerint, arg contra de pœn. dist. i. c. nemo.
¶ Executionem. hoc de nouo hic inducitur, puniuutur ergo isti
in eo in quo delinquũt. i. q. i. c. si qui Episcopi. ¶ Talem. ut sup.
de temp. ord. c. eos, prim. Resp. ¶ Durante. ex hoc patet quod
licet inciderint in pœnam quia iurare nollunt, si tamen mutata uo
lũtate iurauerint restituitur eis * executio sui offitii ipso facto 52
simile lxxxi. dist. c. si qui sunt presbiteri, arg. ff. de postulan. l.
puto, & l. seq. C. ex quib. caus. in fam. l. ad tempus C. de iur. &
fac. ignor. l. iii. ¶ Reuelare. in ferendo clientulis suis quod non
sit uerum, & iustum, uel postquam eis innotuerit improbam fore
a Cõsiliarii, et assessores. causam nihilominus patrociniũ præstido. ¶ Consiliarii. a idest
assessores * qui cõsiliarii dicuntur, ut C. de offi. assessor. l. consi. 53
liarius. C. de iudit. auth. ad hoc. Potest etiam hoc intelligi de iu-
re consultis qui non assumunt aduocationis offitium coram iudice
sed contra conscientiam, ueritatem, & iustitiam, aduocatis, uel
partibus consulunt, ut. ff. de reg. iur. l. consilii. & inf. §. quod si,
uel de hiis qui assumuntur ad consilia per iudices super aliquibus
dubiis. C. de assessor. l. i & de uit. & honest. cler. c. cum olim, de
quib. not. in spec. iudit. in tit. de requisit. consil. ¶ Et nostra v. sic
de immun. Eccl. c. decet, in fi. tunc enim uera est sententia præsi-
dentis quando celestis, & terrena potestas in sententia proferen-
b Maledictio Papæ. da concordat, * ut xi. q iii. c. tunc uera. ¶ Maledictionem. b 54
sic de censib. c. Romana. §. penult. & de usur. c. usurarũ, in prin.
& not. quod maledictio patris erradicat * fundamenta, ut di- 55
cit Ecclesiasticus. Mat. xi. ficus cui maledixit aruit. Papæ autẽ
maledictio non importat excommunicationem, licet sit arg. con-
tra xxiiii. q. i. c. cũ ergo ad fin. & q. iii. §. sed qui pro pe sequuto
c Maledictio diuina. ribus, & c. seq. & c. Deus. diuina c autem maledictio * incur- 56
ritur per mortale peccatum, ut in præd. c. Deus, & i. q. i. c. mul-
ta in fin. &c. ¶ Duplum. sic in præd. c. si Romana. §. penult.
¶ Eius. alias eis, sed melior littera est eius. ¶ Partibus. tã acto-
ris quam rei, nã uterq; damnificatur pro prædictis illis, & du-

plum etiam eis restituetur, ut prædixi, quod uerum est quando is cui patrocinium, uel consilium præstitum est ignorabat se iniquam causam habere. xiiii. q. V. c. non sane in fi. si uero uterque scilicet, & pars, & aduocatus hoc sciebat tunc non restituitur
57 parti * quæ dedit, quia cum turpitudo hinc inde uersatur melior est conditio poßidentis. ff. de cond. ob turp. cau. l. si uero, & l. seq. in princ. ipse tamen non erit in lucro, nec in eum transit dominium prout sequitur. Sed debet pauperibus errogari xiiii. q. v. c. q habetis, &c. non sane prope fi. [a] ¶ Fiscus Illud recipiet. qđ
58 celere quæsita fisco applicāda sunt, ut. ff. de iur. fis. l. i. * Quod est arg. pro consuetudine Curiæ Rom. quæ aduocatis, uel procuratoribus ab intestato illic decedentibus omnia eorum bona arripit. Item uidetur hic qđ si aduocatus negligēter causam dixerit debet restituere, &c. & arg. lxxxvii. dist. c. irreligiosum, de hoc not. in speculo, in tit. de aduocatis. §. fi. [b] ¶ Damnis. sed numquid hic appellatione damnorum continentur expensæ, uidetur
59 quod non, * ut de iniur. c. in nostra. Sed dic contra. C de iud. l. sancimus. C. de bon. auct. iud. poßid. auth. Et qui iurat, & ff. dam. inf l. inter quos. §. fin. & l. seq. circa princ. quia damnū a diminutione patrimonii dicitur. ff. dam inf. l. iii. at expensæ [c] minuunt illud, ut. ff. de impens. in reb. dot. l. quod dicitur, & ff. de iur. dot. l. si is eui. § quod dicitur nec obstat præd. decret. In nostra, ubi licet fuerint damna remissa non tamen expense, quia non uidetur in pactū puenisse de quo cogitatum non docetur, ut. ff. de transac. l. qui cum tutoribus. in expensis etenim maxima irrogantur dāna litigatoribus per iniquas aduocationes, appellatione autem ex-
60 pensarum non * continetur pretium. [d] unde si quis legauerit fundum amico suo si impensam quam fecit daret hæredi suo, nō tenetur legatarius dare hæredi pretium quod dedit testator uenditori, ut. ff. de cond. & dem. l. quibus diebus. §. quidā ita [e] ¶ Pal-
61 marii. idest * salarii. ff. de uar. & extraord. cognit. l. i. § & si nomine. ¶ Colore. sic sup. de elect. c. auaritiæ prope fin. ¶ Qui autem. hic quadruplex imponitur pœna aduocatis, & procura-
62 toribus * ultra summam hic taxatam quicq̄ recipientibus ex quo uidimus aduocatos Curiæ [f] in promulgatione huius constitutionis grauißime perturbari, prima est quod receptum in eo-

a Fiscus.
b Damnum.
c Expensæ.
d Pretium.
e Palmarium.
f Romanæ Curiæ aduocati ꝑturbati ob promulgationē huius cano. ppea iisdē aduoc. impellentibus Bonif. 8. nouā compilationem coactus est edere, ut ipse exorditur in suo proœbem. & hāc unicā constitut. de Greg. uolumine abrogauit. Idq; aduocati a Greg. X. impetrare nō ualuerunt, ut abrogaretur, nā ille aduocatos, ta[…] belliones, ac reliquos huiusmodi odisse dicitur quod pauperū sanguine eos uictitare putaret refert Plat. in Nic. 3. & tota culpa forsan

reijcienda est i Dynũ Mugellanũ sexti compilatorem qui breui postea debitas pœnas lucit animi mærore confectus ut alibi diximus. Maio.

a Xenia quæ sint.

b Hanc ipsam quæstionem mouet Spec. in ti. de salar. §. sequitur. uersic. quid si clericus eoq; loco refert semetipsum in hiis ipsis cõmẽtariis, atq; ibi. Io. An. in uerb. properandum refert, hæc dicta Gul. hic, tu uide quam late pateat hunc Guliel. utriusque operis authorẽ esse. Maiol.

rum nequaquam transit dominiũ, sed olim bene transibat, unde nõ
erat danti restituendum, sed pauperibus errogandum, ut dixi, se-
cunda quod ad restitutionem tenetur, tertia quod eis remitti nõ
posit, quarta quia aduocati per trienniũ suspenduntur ab offitio,
procuratores uero sine temporis præfinitione. Sed contra quia
nõ debet quis ab initio ex eodem delicto multiplici * pœna con- 63
teri, ut de iud. c. ut si in fin & ut lit. non contest, c. quoniam in fi.
lxxxi. dist. c. presbiter. Resp. uerum est quando quælibet pœna
per se sufficit, aliàs secus, ut hic. Isti enim in multis excedunt. nã
ius offendunt, & partem grauant, unde dignum est, ut pœna mul-
tiplici puniantur, ut de re iudi. c. cum eterni, in fin. xiii. dist. c. i.
xi. q. iii. c. præcipue, pœnæ enim pro delicti qualitate sunt impo-
nendæ, ut C. de colleg. illic. l. i. lib. xi propterea tres primæ pœ-
næ ad idem tendunt, nam alienũ restituere non est pœna * quia 64
ad id alias tenetur. liiii. dist. c. generalis in fin. & de usur. c. cuncti
unde quarta sola uidetur esse pœna. b Dominium. sic etiam si
aduocatus debet habere salarium * in re immobili, nisi fiat scri- 65
ptura de promißione, & postea de tradditione non transit in eũ
rei dominium. C. de suffrag. l. i. Sed numquid ultra quantitatem
hic taxatam poterunt aduocati * aliquid recipere nomine ex- 66
pensarum, & uictualium. uidetur quod sic. quod hic prohibet tan
tũ nomine salarii ultra recipi, salariũ enim datur pro labore * 67
xii. q. ii c. Ecclesiasticis, & c. caritatem, & arg. ad hoc. ff. mãd.
l. idem, & l. in in fundo. §. idem labeo, & naturali ratione deben-
tur cibaria * ei qui seruit. ff. commod. l. in rebus. § possunt. ff. 68
de edil edic. l. item si serui. ff. solut. matr. l. diuortio. §. fin ff. pro
sotio. l. cum duobus. §. si quis & de præb. c. extirpanda, & c. cum
secundum. Sed numquid poterit recipere xenia * a suis clien- 69
tulis sicut communiter faciunt credo quod sic, quia illud non re-
cipiunt nomine salarii dum tamen xenia a non trahantur ad mu
nerum qualitatem in fraudem præsentis constitutionis, ut. ff. de
offit. procons. l. solent. §. fin. xiiii. quest. iii. cap. plerique, possunt
ergo pullos, pisces, fructus, uinum, electuaria, & similia re-
cipere quæ intra paucos dies prodigantur, ut. ff. de offit. præs. l.
plebiscito, & de simon l. & si quæstiones. Quod si b aduoca-
tus * credidit ab initio causam quam assumpsit esse iustam in 70

processu uero innotuit ei illam improbam esse numquid debet salarium restituere causa deserta. uidetur quod sic arg C. de cond. ob caus. l. fin. & l. si militem. §. si quis. ff. de cond. & demon. l. Maeuius. ff. de uerbor. oblig. l. quidam cum filium circa fin. viii. distinct. cap. ueritate, & hoc tenet Goffr. nam quicquid plus iusto appetitur turpe lucrum est, ut ne cleric. uel monac. c. i. Turpe ergo lucrum est postquā scit causam improbā esse, ut xxxiiii.
71 q. ii. c. si uirgo, nam aduocato * non licet uendere nisi [a] iustum patrocinium, ut xi q. iii. c. non licet, arg. contra quod posit salarium retinere. C. de legat. l. ab administratione ff. de leg. ii. l. cum filius. §. non iure. ff. de excus. tut. l. sed hoc, & l. Nesennius. non est enim sibi imputandum si non facit quod de iure facere nō debet, ut de praescript. c. de quarta, & c. cum nobis, & ne sed. uacant. per totum, & C. de annal. except. l. i. in fin. & C. de bon. matern. l. i. & hoc tenet Dominus meus. [b] Tu dic quod pro rata temporis quo bonam fidem seruauit, habebit salarium, pro alio uero tempore non, prout iura dicunt in possessione, ut. ff. de rei uend. l. fructus. & l. in fundo. C. eo. tit. l. certum ff. de usur. l. qui scit, & bene probatur. xii. q. ii. c. caritatem, ubi dicitur iustū
72 est. ut illi consequantur stipendium * qui pro tempore suum cōmodasse reperiuntur obsequium, & uide quod not. in speculo iuditiali in tit. de salariis. sequitur uidere. ℣ Remitti. sic de cen sib. c. exigit in fin. Quid si [c] postquam aduocatus restituit qđ ultra recepit, prout hic dicitur, clientulus gratis, & sponte uellit sibi illud reddere, & donare numquid hoc facere pōt. & uidetur quod sic, quia hoc non prohibetur hic, sicut & alia sua bona
73 donare * posset, remißio enim facilius praesumitur fieri frau-
74 dulenter * quam donatio, eo quod facilius quis remittet multa quā pauca donaret postquā haberet, sicut est alias simile. ff. ad uelleiā. l. si ego, & hoc etiam est causa quare poena prohibetur in
75 matrimonio, & non arra, * quia scilicet facilius centū marcharum poenae noīe promittūtur quā decē pro arra soluantur. ℣ Taliter. scilicet ultra premißam taxationem accipiendo, sed uidetur quod hoc aduerbium taliter, & haec pœna suspensionis referatur ad
76 omnia in hac constitutione praemissa. nam clausula * in fine posita reffertur ad omnia supradicta, ut supra de

a De re hac meminit in Spec. in tit. de salar. aduoc. primis uerbis citās hūc locum. Maiol.

b Hostiens.

c Hoc notabile dictū Io. An. sibi ascribit in c. statutū. §. assessorem, in uerb remissione de rescript. lib. vi. sed graue est qđ Guliel. a quo de sumpsit nomen praetermittat. Maiol.

Rescript. c. olim, & de appell. c. secundo requiris. ff. de leg. i. l. talis. ff. de iurisd. om. iud. l. si idem, in fin secundum unum intellectū arg. contra quod ad solum proximum, uidelicet ad hoc quod dixi de immoderato salario referatur, ut de donat. c. cum dilectus, & de appell c. inquisitioni ff. de postul. l. i. §. deinde. ff. de leg. i. l. si seruus plurium, in fin. & hoc uerum est, nam in superioribus modis uiolandi speciales pœnæ statutæ sunt, ut patet, sup. §. quod si arg. ad hoc. ff. de uerb. oblig. l. doli. ff. de pœn. l. sanctio, qui ergo taliter immoderatè recipit punitur pœna restitutionis, & suspēsionis, ut hic dicit. ¶ Suspendatur. per sententiā iudicis in cuius auditorio præsens constitutio fuerit uiolata, quia hoc st accessorium ad negotium principale, sup. de offi. deleg. c. prudētiam. §. sexta. & c. i. ii. q. i. §. quando autem, arg. contrà de for. compet. c. Romanæ. § ii. ¶ Denegatam. dum simpliciter negatur perpetuo esse negata * uidentur l. dist. c. i. in fin. de hoc sup. de cō- 77
stitut. c. ex litteriis sed a contra quod magis sint puniendi aduocati quam procuratores, * ut C. de Epis. & cler. l. presbiteri. v. 78
q. vi. c. quia xl. dist. c. homo. Sed potest dici quod maior est ista pœna temporalis in aduocato * quam perpetua in procurato- 79
re secundum ea quæ not. de cler. uenat. c. i. quidam tamen restringunt etiam suspensionem procuratoris ad * triennium. 80

a Aduocati an magis puniendi quam procuratores.

DE IIS QVAE VI METVSVE CAVSA FIVNT. RVB. VII.

SVMMARIVM.

1 ABSOLVTIONIS appellatione proprie uenit solennis.
2 Relaxatio excommunicationis intelligitur esse uerbalis.
3 Interdictum improprie dicitur relaxari.
4 Metu illato sed absolutione non habita pœna non incurritur huius canonis.
5 Metum inferens etiam si iniuste excommunicatus hac pœna astigitur.
6 Metus amissionis rerum sufficit ad pœnam canonis.

Metus

7 Metus uanus non inducit restitutionem quia uerè non est metus.
8 Absolutus ob metum ab alio illato ipso mandato, uel ratum habente incurrit pœnam.
9 Tutoris authoritas metu interposita nulla est ipso iure.
10 Alienatio rei Ecclesiasticæ metu facta nulla est.
11 Dotis promissio metu extorta nullam ipso iure inducit obligationem.
12 Matrimonium metu initum non tenet.
13 In iudicem non suum consentiens metu, non obligatur.
14 Metu facta non omnia ipso iure rescinduntur, sed per actionem.
15 Metus diffinitio.
16 Vis illatæ diffinitio.
17 Vis plus continet quã metus, nã uis metum continet non ecõtra.
18 Metus in hoc canone non requiritur, ut in constantem uirum, sed quilibet iustus metus sufficit.
19 Metus iustus est ablatio omnium rerum, seruitutis, infamiæ.
20 Publicè facta aliquo præsente non admittunt ipsius contradictionem, nisi metus præcedens probetur.
21 Excommunicatio etiam iniusta ualet, & ualet etiam iniusta absolutio.
22 Sententia per uim extorta tenet, sed rescinditur actione.
23 Negligenter omittendo quæ usurpantur, excessus uiã aperimus.
24 Facilitas ueniæ incentiuum præbet delinquenti.

Greg. X. In Concil. Lugdun. CAP. I.

ABSOLVTIONIS, ꝩ Quæcumque. quod dicit ab-
1 solutionem * referas ad solennem absolutionem quæ fit
2 iuxta formam Ecclesiæ, quod uero dicit reuocationem * referas ad uerbales reuocationes quæ quotidie fiunt per iudices sine solennitate, uel dic quod ubi excommunicatio tenuit, tunc locũ habet solennis absolutio, ut de sent. excom. c. sacro. §. fin. reuocatur autem, seu relaxatur propriè quando non tenuit, quo casu etiam nudo uerbo relaxatur, ut in c. sacro ibi absq; grauamine reuocare, &c. & ibi reuocat, &c. & arg. xiiii. q. Vi. c. comperimus, & de accus. c. olim, ibi relaxatis excommunicat. uel dic quod hic

dicit reuocationem referri ad absolutionẽ ad cautelam, ut de sent.
ex com. c. uenerabili. Interdictum * autem impropriè dicitur re 3
laxari, ut eo. tit. c. præsenti. Extorta sed quid si aliquis intulit
metum, tamen passus non absoluit. Respond. non habet locum hæc
pœna, * & hoc probat hoc uerbum extorta. Quid si excommu 4
nicatio erat iniusta. a Resp. non minus locũ habet hæc pœna * 5
huius constitutionis, arg. xi. q. iii. c. i. Quid si per metum amis-
sionis rerum compulit sententiam reuocare, dic quod locũ habet
hæc pœna, * sup. eo. c. Abbas, secus si propter uanum metum de 6
quo timere non debuit, quia talis metus non inducit restitutio-
nem, * nec proprie dicitur metus. ff. eo l. metum, cum seq. & l. 7
Nec timore. Quid si alius quam excommunicatus extorqueat
per metum absolutionem dic quod est excõmunicatus quia hæc cõ
stitutio generaliterr loquitur, sed sic, & absolutus excõmunica-
tus est si id mandarat, uel ratum habuerat, * arg. sup. de elect. 8
c. sciant, & de sent. exc. c. mulieres. ff. de ui, & ui arm. l. i. §. quo-
ties. Not. ergo hic quod per uim, uel metum fit non tenere, sup.
eo tit. c. ij. in fin. hinc est quod tutoris auctoritas per metum in-
terposita * non tenet ipso iure, ut ff. de auct. tut. l. i. in fi. nec rei 9
Ecclesiasticæ alienatio per uim * extorta, extra de iureiur. c. i. 10
xv. q. vi. c. i. Item ex dotis promißione metu * extorta ipso iu 11
re nulla nascitur obligatio. ff. quod met. caus. l. si mulier. §. si dos.
Item in matrimonio per metum inito, * ut C. de inutil. stipul. 12
l. ii. & de sponsalib. c. cum locum, Item si quis metu consentit in
iudicem non suum * ff. de iud. l. ii & de for. compet. c. Romana 13
in princ. alia uero quæ fiunt per metũ reformantur quandoq; * 14
per actionem ff. quod metus causa. l. i. in princ. aliquando iudicis
offitio, ut eo. tit. l. non est. Metus ergo est instantis, uel futuri pe
riculi causa mentis trepidatio, * & dicitur metus quasi mente 15
tenens, ut. ff. quod met. caus l. i. Vis autem est maioris rei cuius
impetu * resisti non potest, eo. tit. l. ii. uis tenet in se plus quam 16
metus quod uis continent in se metum, omne enim quod * ui fit 17
per metum fit, sed non econuerso. ut eo. tit. l. i. Sed cum metus in-
fertur ei resisti potest, licet cum periculo, ut C. de hæred. instit.
l. cum proponas, in fin. & uide inf. de reb. Eccl. alien. c. hoc cõsult.
§. laici. Sed b numquid requiritur hic quod sit talis metus qui

a Io. An. hic in uerb. excõica-tionis. i. approbat hec dicta, eaq; Gul. attribuit, sicut ẽt ascribit proximã sequ. quest. in uerb. excõica-tionis. ii. præterea refert, et approbat eundẽ Gul. hic in quest. de metu uano, ille etenĩ tradit hic in uerb subiacere. Maiol.

b Hanc ipsam questio. mouet hic Io. an ĩ uerbo subiacere, et noĩatim Gulie. ascribit qđ ẽt scribit Gem. §. ult. Maiol.

poßit cadere in constantem uirum. & qui contineat in se metum
mortis, uel corporis cruciatũ, uel cui resisti nõ poßit, uidetur q̃d
sic, ut de sponsa. c. ueniens. ii. sup. eo. c. ad audientiã, & c. cũ dilecti.
C. eo. tit l. si ui, uel metu, C. de transact. l. interpositas, sed hæc ue
ra sunt quo ad hoc, ut detur actio quod metus causa, in præsenti
18 aũt non puto ita strictè accipienda uerba ista, imo si talis iusta *
fuerit causa timoris propter quam absolutio, uel reuocatio fuit
extorta, locũ habet, q̃d hic dicitur, siue fuerit in se, siue in suis ar.
sup. de elect. c. sciant, & de sent. exc. c. quicũq; q̃d iudicis arbitrio
decernetur. ff. quib. ex cau. maio. l. metus. sæpe enim excusat me-
tus, licet non sit talis, ut dixi, ut not. sup. eo. c. cũ dilecti. Iustus ẽt
19 metus [a] est ablatio oĩum rerũ, * sup. eo. c. abbas. l. dist. c. pres-
biteros. C. eo. l. fi. Item timor seruitutis, & infamiæ iuris. ff. eo. l.
isti quidem. Itẽ nota q̃d licet aliàs contra ea quæ publicè fiũt ali
20 quo præsente nõ admittatur eius cõtradictio, * ut viii. q. i. c. li-
cet. xvi. dis. c. q̃d dicitis, si tñ põt pbari metus præcedẽs euacua
tur quæ publicè metũ passo præsente acta sunt, ut xv. q. vi. c. i. in
fi. xxxi. q. ii. c. lotharius, sup. eo. c. prolatũ. ¶ Vacuamus. Ita er
go taliter absolutus remanebit excõicatus, ac si non fuerit abso-
lutus, ut de reg. iur. c. q̃d latenter, & de sent. exc. c. cffitii, unde no
ta ius nouum, & utile contra impreßionẽ potentorũ [b] uidetur
hic determinari antiquarũ opinionũ diuersitas, nam ferè oẽs anti
21 qui dicebant quod sicut ualet iniusta * excommunicatio sic ua
let etiam iniusta absolutio indistinctè, alii autem aliter dicebant.
sed disputatio illa erat super solennitate absolutionis de hoc not.
in prædict. c. comperimus. Quid de sententia per uim, uel me-
tum extorta. & uidetur quod sit nulla ipso iure quia par est
ius ligandi, & soluendi, ut de pœn. distinct. i. cap. uerbum,
& § ex hiis. ff. de uerbo. obligat. l. inter stipulantem. §. sacra.
& arg. xxi. distinct. c. inferior, & xi. quest. iii. cap. iniustum, ubi
dicitur iniustum iuditium, & diffinitio iniusta, regio metu, &
iussu, aut cuiuscumque Episcopi, aut potentis a iudicibus ordi-
nata, uel facta non ualeat. Idem habetur xxv. q. i. c. omne quod
ad idem xvi. q. vii. c. sanè. xi. quest. iii. cap. Theugaldum. Sed dic
22 quod tenet * argum. ead. quest. cap. quatuor potest tamen per [c]
exceptionem elidi, prout ibi not. argum. ff. de furt. l. interdum

a Iustus metus

b Potentum im
preßio.

c Hoc singula-
re notab. Io. an.
hic in gl. uacua
mus noĩatim a-
scribit Gul. hic
q̃d, et Gem. col.
iii. sup gl. ua-
cuamus. Ma.

§.i.& potest esse diuersitatis ratio, quia prumptiores debemus esse ad absoluendum quam ad condemnandum. ff. de act. & oblig. l.arrianus, & de probat.c.ex litteris. ¶ Crescat. nam si negligẽter ea quæ malè usurpantur omittimus excessus uiam procul dubio aperimus. * xxxv.q.ix.c.loci.xxv.q.ii.c.institutionis.l. 23
dist.c. absit, & facilitas ueniæ, * &c. xxiii. quest. iiii.cap.si 24
is qui, ad idem sup. de elect.c.cum in cunctis, in fin. lxii. distinc. c.docendus. ¶ Subiacere. est ergo latæ sententiæ canon iste, sed ante præsentem constitutionem poterant excommunicari, ut de sentent. excommun.cap. dilecto. §. & quoniam, & facit eod. titul. cap. quicumq;

DE PREBENDIS, ET DIGNITATIBVS. RVB. VIII.

SVMMARIVM.

1 VACARE in curia an dicatur, quod uacat in adeundo, uel redeundo a curia.
2 Recessisse non uidetur qui recessit animo redeundi.
3 Accusatus in curia discedens, & moriens efficit uacationem in Curia.
5 Episcopatus non dicitur simplex dignitas, sed culmen dignitatũ.
6 Electio facta a Capitulo prius quam Papa eligat de iure tenet.
7 Beneffitij appellatio generalis omnia Ecclesiastica infra Episcopatum comprehendit.
8 Patronata benefitia in Curia uacantia a Curia prouisionem accipiunt.
9 Collatio ab ordinario facta de uacãtibus ĩ curia est ipso iure nulla.
10 Legatus Sedis Apostolicæ dici põt habere ordinariã iurisdict.
11 Præscriptio etiam unius mensis currit contra D. Papam.
12 Mensis legalis constare debet diebus 31.
13 Præpositio A ponitur priuatiuè.
14 Mensis huius canonis currit a die scientiæ.
15 Præscriptio nulla currit Sedi Apostolicæ uacanti.
16 Præscriptiones currunt contra Papam a die immantationis.

17 Papa ad euitandam præscriptionem collationi suæ reseruat.
18 Episcopi in Curia per procuratores conferebant.
19 Episcopi illudentes Pape causam dederunt constitutioni. licet de concess. præbend.
20 Episcopi in Concilio Lugdunensi de abroganda uacatione in Curia, instanter petierunt.
21 Gulielmus in Concil. Lugdun. procurauit.
22 Vicarius Episcopi de iure communi benefitia conferre nō pōt.
23 Vicarius Episcopi collationem benefitiorum habere potest ex speciali mandato.
24 Episcopi in remotis agentes benefitia conferre possunt.

Greg. X. In Concil. Lugd. CAP. I.

STATVTVM. quod est extra de concess. præb. c. licet Ecclesiarum, quod pauci habēt. ¶ In Curia. in præ. const. Clementis dicitur apud Sedē Apostolicam, & secundum utranq; lecturam patet quod loquitur solum de benefitiis in Curia uacā-
1 tibus unde si ueniens de curia, * uel ad illā accedens decedit a in itinere constitutus non habet locum const. Clementis, imo ualebit collatio ordinarii facta prius quam Papa conferat, quia hæc constitutio odiosa est, & ideo restringenda, quidā tamen contradicunt arg. pro eis de concess. præb. c. quia diuersitatē. ff. quib. cau. maio. l. miles, & l. qui manumittuntur, in fin. & de cler. peregr. c. i. Quid de illis qui de Curia recedunt ad tempus ad aliquam ciuitatem, uel illam propinquam. Resp. si animo cito re-
2 deundi recesserint non uidentur recessisse * ut de pœn. dist. i. c. diuortium ff. de diuort. l. diuortium, & maximè si in Curia retinuerint domum, & familiam aliqua ratione. C. de long temp. pre script. l fin. falsa est ergo illorum sententia qui dicunt quod si ac-
3 cusatus pendente * accusatione, seu denuntiatione contra eum in Curia, alibi moritur locum habet prædicta constitutio Clementis, arg. ii. q. i. c. multi, prope fin. XV. q. ult. c. fin. in fin Quid si is de b
4 cuius electione agitur in Curia, renuntiat electioni * extra curiam. numquid D. Papa poterit benefitium renuntiatum conferre de hoc not. sup. de elect. c. quamuis. b ¶ Dignitatibus. hanc lite

a In curia uacare benefitiū quando dicatur.

b Dignitatis appellatione ari ueniat Episcopatus.

teram quidam extendunt etiam ad Episcopatus, & Archiepisco-
patus, quod non placet quia talis dignitas non dicitur simplex * 5
sed est culmen dignitatum, ut sup. eo. c. uenerabilis, & c. cũ olim.
Sed contra quia in constitut. Clementis continetur de Ecclesiis un
de illud intelligendũ uidetur etiam de cathedralibus arg. de uerb.
sign. c. cum clerici, quod non placet de facto tamen D. Papa de il-
lis ordinat, prout placet, sed si prius quam ipse ordinet, * uel or 6
dinationem sibi reseruet Capitulum eligeret, electio facta de iu-
re teneret, licet hoc fieri non deceat ipso D. Papa inconsulto.

a Benefitii appellatio quid cõprehendat.

¶ Benefitiis. a hoc * generale uerbum generaliter est de quoli- 7
bet benefitio Ecclesiastico infra Episcopatum, seu Abbatiam in-
telligendum, arg. xix. dist. c. si Romanorum, & de priuileg. c. quia
circa. Quid de benefitiis ad patronorum laicorum præsentatio-
nem, seu collationem spectantibus, & uidetur quod ad illa consti-
tutio Clementis non trahatur, arg. de iur. patron. c. cum dilectis,
sup. eo. tit. c. dilectus iii. Curia tamen * aliter interpretatur se- 8
cundum ea quæ not. in Spec. in tit. de legato §. uidendum, uel il-
lud. ¶ Conferendis. supple approbans consuetudinem in Curia
Romana super hoc antiquitus obseruatam, & decernens electio-
nes de illis benefitiis p quoscumq; ordinarios, uel delegatos atten
tatas fore * irritas, & inanes, prout in dicta constitutione con 9
tinetur. ¶ Collatio. supple suo iure, secus enim est in legato Apo
stolicæ Sedis, ut probatur inf. ibi per se, &c. & ratio est diuer-
sitatis, nam cum prædicta constitutio Clementis auferat potesta
tem ordinariis conferendi huiusmodi benefitia non est mirum si

b Cleric. Pisa. hic contra tñ Gem. nũcupatim dicit Gul. sñiam uerioré esse, & Archi. idem sentire. Idẽ Nic. Dion. hic in ii. col. & Gul nomen expreßit. Maiol.

res de facili ad suam naturam reuertitur, ut. ff. de pact. l. si unus
§. quod si non in totum. Sed in legato hæc omnino cessant, uel dic
idem iuris esse in legato quod in ordinario cum b ipse ordinariã
habeat * iurisdictionem. ¶ Post mensem. not. præscriptionem 10
unius mensis currere contra D. Papam, * & est ratione bene- 11
fitia diu uacent, sup. de elect c. cũ inter, & c. ne pro defectu, sup.
de appellat. c. oblata, in fin l. dist. c. postquam, computabuntur aũt
xxxi. † dies pro mense etiam si uacauerint in mense habente tã- 12
tum xxx. uel pauciores. ut ff. de reg. iur. l. ubi lex a die ergo
quo uacare inceperit non computabuntur ff. de uerbor. signif.
l. anniculus. C. de postulat. l. fin. ff. si quis caut. l. fin. & de re-

ſtitut. ſpoliat. cap frequens, dixit enim a die quia hæc præpo-
13 ſitio A priuatiue [a] ponitur, * ut not. in Speculo iudit. in
tit. de citation ad fin. licet ſit argum. contra de iudit. cap. quod
ad conſultationem ff. de adult. l. pati §. Sexaginta, & l. is cuius
§. marito ff. de ſucceſſ. edic. l. i. § quod dicimus. Item etiam com
14 putabitur menſis iſte * a tempore [b] ſcientiæ, nec currit tem-
15 pore uacationis * Eccleſiæ Romanæ, ut de conceſſ. prebend. c.
quia diuerſitatem. Item incipit currere nouo Papæ a tempore
16 immantationis, * ſiue electionis non a die coronationis eius,
quando Papa ex electione conſequitur omnem iuriſdictionem qđ
dic, ut ſup. de elect. cap. ubi periculum, in gl. ibi poſita, uerſ. ſex-
tum, & de facto uidimus quod ante coronationem ſæpe benefitia
confert, & quandoq; etiam propter periculum huius præſcrip-
17 tionis ea ſuæ collationi ſpecialiter reſeruat, * quandoque au-
tem ante coronationem conferre non uult. ¶ Per ſe ipſos. non er
18 go per procuratores in curia exiſtentes * & not [c] quod ante
conſtitut. Clemen prælati habebant ſuos procuratores in curia,
qui quam cito contigebat uacare aliquod benefitiũ ad eorũ colla-
tionem ſpectans illud conferebant, & ſæpe D. Papam in conferen
do præueniebant, & ſibi illudebant propter quod ipſe Dñs Cle-
19 mens * motus fuit ad promulgandum conſtitutionem illam li-
cet, ſed quia conſtitutio illa fuit propter diuturnam [d]
Romanæ Eccleſiæ uacationem poſt obitum ipſius Domini Cle-
20 mentis ualde prœiuditialis, prælati in Concilio * Lugdu-
nenſi inſtantiſſime petierunt illam per Dominum Gregorium
reuocari, & ego ipſe etiam hoc efficaciter [e] procuraui.
21 * Papa uero non reuocauit, ſed eam modificauit. prout
hic patet quæ modificatio ſi bene conſideretur uerbalis eſt
potius quam realis. ¶ Generales. ergo uidetur quod Vica-
22 rius generalis alicuius Epiſcopi poteſt beneſitia conferre *
ut de inſtitution. capit. ex frequentibus, & argum. C. de offit.
eius qui uicem alt. l. ii. argum. tamen contra de præbend. cap.
dilecto, nam procurator generalis donare non poteſt ff. de do-
nation. l. filius famil ff. de peeul. l. qui peculii, dicas quod
23 iſti Vicarii habebant ſpeciale mandatum † ad beneffitia con-
ferenda, & ideo ſequitur canonice. Item non intelligas.

a Idẽ ſcribit Gem. hic. col. ii. in gl. numerandũ. qui, et nũc cu pati Gul. aſcribit, et addit eundẽ Gul. in ſpec. idẽ dixiſſe. et ei Arch. cõſentire

b Hanc ſñiam refert Io. an. hic in uerb numerãdũ, & Gul. authorit. utitur tã in gl quã in ipſa additione, et idẽ Nic. Dion. hic col. iii.

c De uerbo ad uerbũ Io. an. ſibi aſcribit tacito Gul. no e.

d Nã trienio uacauit Sedes Apost. ob Cardinal. cõtentionẽ qua rõne Gre. x. poſtea electus coacto Lugdu. Cõ ut i futurũ mederetur, edidit cõſt. ubi periculũ, ut ibi p Io an. et clarius p Gemin. circa princ. Maiol.

e Guliel. in Cõcil. Lugdu. in-

terfuisse, et multa curasse dixi aliàs. De hac reuocatione in pfato Cõc. Io. an. hic meminit in gl. p se ipsos, tacito noĩe Gul. De ipso Cõc. ac de numero Episcoporũ, ac de decretis dixi sup loco pdicto Fuit aũt hoc cõcil. celebratũ, anno D. 1274 a mẽse Maij ad mẽsẽ Augusti, ut refert Frãc. verc et gl. in c. nemo de elect. & Gem. in d. c. nemo, col. iii. in prin. idq; ap pbat Plat. ac Honos. historici. Scias tñ alia duo fuisse Conc. prouĩcialia Lugdun. sub prisco Epo. longe añ annos 500. ut xvi. dist. c. sexta in fi. unũ uiginti patrũ alterũ 18. patrũ de hijs ha-

hic tolli quin prælati in remotis * agentes, poßint adhuc bene 24 fitia conferre, ut de conceß. præb. c. post electionem, licet audiuerim quosdam partes contrarium asserentes.

DE REBVS ECCESIAE NON ALIENANDIS. RVB. IX.

SVMMARIVM.

1 CONSVLTISSIME agere quid.
2 Bona immobilia, & iura paßibus paribus ambulant quo ad usucapionem.
3 Bona ecclesiæ quæ seruando seruari non possunt alienantur.
4 Iura inter immobilia computantur.
5 Ecclesiasticarum rerum administrandarum nulla facultas laicis attributa est.
6 Submittere, subijcere, & supponere uerba quid.
7 Capituli consensus regulariter requiritur in alienationibus.
8 Papæ licentia in alienando debet continere quid, & quare.
9 Licentia generalis de alienando non sufficit.
10 Ecclesias submittere periculosius est quam illius res alienare.
11 Potentioris patrocinium postulans a causa cadit.
12 Delictum personæ non debet ad ecclesiæ damnum redundare.
13 Minor potentiori actionem cedens an cadat a causa.
14 Alienatione prohibita, non ideo emphitheusis uidetur prohibita
15 Dictiones aliquæ superfluo quandoq; ponuntur in iure.
16 Emphitheusis an sit prohibita in hoc canone.
17 Papã non est uerisimile unico uerbo uelle multa iura subuertere
18 Forma alienationis rei ecclesiasticæ, remiß.
19 Alienatio est omnis actus per quem dominium transfertur.
20 Constituens pro alio poßidere transfert poßeßionem quia is possidet cuius nomine &c.
21 Tempus non modicum est .x. xx. uel .xl. annorum, per quod paratur magnum præiuditium.
22 Superficiem conducens ad non modicum tempus habet interdictũ de superficiebus quod non datur alii,

Potentioris

23 Potentioris patrocinium ad modicum tempus potest Ecclesia postulare.
24 Tempus modicum dicitur.x.annorum,uel arbitrio iudicis.
25 Contractu a iure reprobato, & omnia quæ sequuntur ex eo.
26 Accessorium quandoq; tenet,& si non principale.
27 Iuramentũ,uel pœnæ promißio nõ tenet ex cõtractu reprobato.
28 Titulus reprobatus pro non titulo habetur.
29 Contractu inutili dominium transfertur, & causa præscribendi.
30 Possessio aquiritur ex inutili contractu.
31 Poßidens sine titulo numquam potest præscribere.
32 Clericus uidens prælatum delinquere tenetur denuntiare.
33 Clericus qui iurauit prælatum non accusare,tenetur denuntiare ex hoc canone.
34 Clericus qui promisit obedientiam tamen potest accusare ex hoc canone.
35 Constitutiones post duos menses capiunt uim,ac robur.
36 Competens monitio dicitur trina.
37 Monitio unica quandoq; sufficit.
38 Metu rei traditæ dominium quandoq; transfertur.
39 Metu coactus ad promittendum, & postea sine metu traddens non auditur.
40 Lex pro pacto accipitur,& pro consuetudine.
41 Abstinere non sufficit a grauaminibus,nisi usurpata restituatur
42 Iudex in facto proprio,singularis casus hic.

bes in c. nulli. xxxv.q.iii.& de consec. dist. iii.c.i.& de cõ sec.dist.iiii.c.si quis de alio. Maiol.

Greg. X. In Concil. Lugdun. CAP. I.

1 HOC a CONSVLTISSIMO, idest * cũ multo consilio facto,sic enim fieri debent iura.C.de legib.l.humanum.xxxv.q.ix.c.apostolicè,uel ideo dicit,quia per hoc ualde cõsulitur Ecclesis,ut sequitur sic de relig.dom.c. religionum in princ. ℣ Edicto. est igitur ista constitutio generalis, ut C.de le-
2 legib.l.iii.sup.de elect.c.ut circa. ℣ Iura. iura, * & bona immobilia paribus paßibus ambulant quoad usucapionem,ut.C.de præscript.long. temp.l.fin. & quo ad alienationem,ut hic,sed mo-
3 bilia quæ seruando seruari non possunt * bene possunt alienari,

a Cõsultißime agere quid importet.

ut C.de admin.tut.l.fin.§.i.l.lex quæ §.fin.xcvi.dist.c.bene qui
dem.C.quand.decret. opus non est l.fin. Et habes hic quod iura
inter immobilia computantur, * ut C.de sacros.Eccl.l.iubemus 4
ij.§.i.quæ autem dicantur iura dic ut ibi,& in auth.de nõ alien.
aut permut.§.i.coll ij. ¶ Laicis quibus disponendi de rebus Ec
clesiasticis * nulla est attributa facultas, ut.xcvi.dist.c.bene 5
quidẽ,sup.de const.c.Ecclesia,sup.eo.cũ laicis. * ¶ Submittere. 6
Ecclesias, ¶ Subiicere. bona immobilia. a ¶ Supponere. iura
Ecclesiarum,uidelicet constituendo,uel recognoscendo,seu profi=
tendo se prædicta bona, uel iura tenere a laicis, uel aduocando,
aut statuendo ipsos patronos,uel aduocatos in perpetuum, uel ad
non modicum tempus prout prosequitur. ¶ Consensu. qui requi
ritur * regulariter in alienationibus.xii.q.ii.c.sine,&.c.teru= 7
las,&.c.Abbatibus,et in cũctis Ecclesiæ negotiis,ut de hiis quæ
fiunt a præl.sin.cons.cap.c.i.ii.&.iii.et.c.nouit.& ẽt p̃ter hãc
const. talia fieri non possent sine cõsensu Capituli. ¶ Et licentia
speciali. b & expressa C.de neg.gest.l.negotium alienum,opor
tet enim q̃d sciat D. Papa,quare,& de quibus rebus licentia * 8
sit danda,arg.ff.de reb.eo.qui sub.tut.l.magis §.non tamen C,de
præd.min.l.ob æs,patet ergo q̃d nõ sufficit habere licentiã * ge 9
neralem alienandi,& hoc ius de nouo hic induitur, ratio est quia
periculosior est talis recognitio,seu submissio, * quã aliarũ rerũ 10
alienatio quũ p eã grauius lędantur Ecclesiæ,& status earũ pe=
riclitãtur,sicut sciunt qui hoc expti sunt,et ideo circa ea cautius
est prouidendũ.vii.q.ii.c.ii.xlii.dis.c.quiescamus,probibet amo=
do fieri p prælatos,ut potẽtes a prælatorũ,& ecclesiarũ oppres
sionibus retrahãtur,uexabãt.n.multipliciter ecclesias,& p̃latos
& uexari pmittebant, ut sic indirecte cogerẽtur facere tales sub
missiones recognitionẽ,& aduocationes, sicut sæpe uidimus, &
quia nõnulli prælati faciles erãt ad talia facienda. Sed nõne iactu
ra causæ afficiendi erant,qui sic potentiorũ patrociniũ * aduoca 11
bant.ut C.ne lic.potent.l.i in prin.& sup.de alien.iud.mut.caus.
fact.c.ii.resp.non quia cãm ad se nõ trãsferebant, nec delictũ pso
næ debet in dãnũ Ecclesiæ redundare * ut.xvi.q.Vi.c.si Epm, 12
de excep.c.cũ uerbalis. Quid de minore aduocante potentioris
patrociniũ, * & actionẽ in illũ transferente nũquid pdere debet 13

a Submittere, subiicere,et supponere singulorum horũ uerborũ expositiones de uerbo ad uerbũ hinc trãstulit Io.an.& sibi ascribit tacito Gul.noĩe. Maiol.

b Hanc gl. uniuersam sibi tacito Gul. noĩe ascribit uerbotenus cum tamen hinc excerpserit. Maiol.

edusam, & uidetur qd sic dolo.n.agit faciendo qd lex interdicit, arg.ff.de reg.iur.l.non potest dolo.C. de agric. & cens.l. quēadmodū.lib.X.C.si aduers.delict.l.i. Sed dici pōt qd si iura scit, locū habēt prædicta, si uere ignorat tunc cām non pdit, arg.ff. de pet. hered.l.sed, & si lege.§. cō,uluit. ¶ Non concedendo. quasi dicat, licet prohibeamus fieri submißionē subiectionem, & suppositionem sine consensu capituli, & sine licentia Sedis Apost. constituendo, uel recognoscendo, &c. prout infra sequitur non tñ prohibemus bona ipsa, uel iura in a emphiteusim dari, seu alias alie
14 nari in forma, & casibus a iure remißis, * & hunc intellectū euidenter probat illa aduersatiua coniunctio, sed posita in prin. clausulæ sequentis. Sic ergo ordina litteram post uerbū illud speciale iunge uerba infra posita cōstituendo, uel recognoscendo, etc.
15 & cōiunctio illa, * sed superflua est, sicut, et illa quæ inf. de sen. exc. c. quia periculosum § huic etiam, & hoc est propter interpositionem, sed posita.n.est ut respondeat illi dictioni nō supra positæ. Quidam b tñ intelligunt hic prohiberi concessionē in emphi
16 theusim, * & alienationes alias a iure permissas, sed hic intellectus nullus est quia non est uerisimile D. Papam multa iura uni
17 eo uerbo subuertere * uoluisse, sup. de elect. c. Ecclesia.ii. prope fin. C. de inoffi. testam. l. si quando, & interposita coniunctio, sed huic intellectui euidenter repugnat: quare autem magis interdicuntur præmissæ submißiones quam aliæ alienationes, sup. dictum. ¶ In emphitheosim. Quid iuris sit de natura huius contractus plenißime not. in Specul. iudit. in tit. de locat. §. quoniam
18 super. ¶ In forma. quæ forma seruanda sit * in Ecclesiasticæ rei alienatione, & quid iuris de ea sit not. sup eo. c. dudum. xii. q. ii. c sine except. x. quest. ii. in summa. ¶ Recognoscendo. sup. de elect. cap. uenerabilem. ii. Respon. ¶ Profitendo. idest cōfitendo. ¶ Ab illis. scilicet laicis se tenere constituebant illos maiores dominos, & confitebantur ad eos directum dominium pertinere, ut .ff. si ag. uect. uel emphith. pet. l. i. §. fin. & ita erat quædam alienatio, ut infra .§. proxim. nam alienatio est
19 omnis actus per quem dominium transfertur, * ut. C. de fund. dotal. l. i. supra eodem capitul. nulli, argumen. tamen
20 contra. C. de pact. l. tradditionibus. Item ubi me constituo *

a Hanc Guliel. sñiam refert, et approbat Io. An. hic in uerb. concedendo, ipsius utēs authoritate. Maiol.

b Glos. hanc de uerbo ad uerbū Io. An. in suum nomē transtulit hoc loco. & idē refert Nicol. Dion. qui expreßim meminit Gul. hic col. ult. Maiol.

rem aliquam pro alio poßidere rei poſſeßio abdicatur a me, & transit in alium quia is poßidet cuius nomine poßidetur, ut de prescripti. c. si diligenti, sup. de restit. spol. c. cum ueniſſent. ff. de aquir. poſſeſſ. l. quod meo. a ¶ Auoher. uulgare est Gallicorum cum enim aliquis opprimebatur ab aliquibus, nec poterat bene defendere contra illos, aduocabat Regem, uel principem, ut per eum ab aliorum oppreßionibus tueretur, & tali autem aduocatione Rex ille, uel princeps dicebat sibi ius aquiri, & se semper superiorem dominum esse in re propter quā aduocatio facta erat ut inf §. prox. ¶ Aduocatos. dic ut sup. de elect. cap. generali. ¶ Perpetuo. sup. eo. c. nulli. x q. ii. § perpetua. b ¶ Non modicū.
puta * x. uel xxx. seu. xl. annorum, instit. de perpet. & temp. 21
Et est ratio quia per hoc magnum parari poſſet præiuditiū Ecclesiis, hinc est quod ei qui conduxit superficiem ad non modicū
tempus datur interdictum de * superficiebus, alii uero nō datur 22
ut. ff. de superficieb. l. i. §. quod autem, nec debet ex hoc princeps, & barones turbari, nec ipsi permittunt saluas, uel alia quæ ab ipsis tenentur, Ecclesiis ad non modicum tempus locari, sicut ex-
pertus sum, ad modicum * autem tempus poſſunt uocari in pa- 23
tronos, uel defensores, uel participes prouentuum ex aliqua iusta causa cum consensu capituli, & sine licētia Papæ, prout hic innuitur, & sic frequentari uidemus, quia tunc in tempore modico non est periculum ff. de iudit. l. si debitori, potest autem dici modicū
tempus * infra. x. annos, uel dic quod magnum, uel modicum tē 24
pus arbitrabitur bonus c iudex inspecto statu Ecclesiæ, & periculo imminenti, & conditionibus personarum cum hic non determinetur, arg. sup. de offi. deleg. c. de causis. ff. de iu. delib. l. i. in fi. ¶ Contractus. nota contractum ipso iure non tenere tamquam
improbatum a iure, & per * consequens quicquid ex eo, uel ob 25
id sequitur non tenet puta rei tradditio, pœnæ promißio, iuramenti interpositio fideiuſſorum, et pignorum datio, & similia. C. de sacros. eccl. l. iubemus. ii. § sane. C. de legib. l. non dubiū, in fi. x. dist. c. uides. XXV. q. ii. c. imperiali, sup. de testib. c. ii. in fin. sup. de for. compet. c. si diligenti quandoq; tamen bene tenet ac-
ceſſorium, * licet non teneat principale, ut sup. de iureiur. c. cū 26
contingat. ff. de pact. l. iuris gētium. § marcellus, aliās est l. si sti.

a Auoher gallicum uerbū, latinè sonans in aduocare.

b Tempus non modicum.

c Sic Io. And. refert hoc ipsū in uerbo modicum, Gul. ipsi aſcribens. Maiol.

pulatio, & instit. de inut. stipul. §. alteri, & not. de præcario. c. ii. ¶ Et quicquid. quia si non tenet principale, nec accessorium:
27 ff. de reg. iur. l. cum principale, unde nec iuramentum, * nec pœnæ promißio tenebit. C. de legib. l. non dubium. ¶ Nec præscribendi. sic. C. de agr. & cens. l. quemadmodum, lib. x in fin. & est
28 ratio quia talis titulus pro non titulo habetur. * ff. de petit. her. l. nec ullam hoc est ergo hic speciale. nam aliàs ex inutili contractu dominium a transfertur, & minus iustus titulus dat causam
29 præscribendi, * ut sup. de præscript. c. de quarta, & de donat. c. Apostolicæ, & de iur. patr. c. cura, de hoc. ff. de dolo. l. eleganter, &. C. de suffrag. l. i. & sup. de præscript. c. si diligenti, & ex
30 inutili contractu quandoq; possessio aquiritur, * saltim naturalis, ut. ff. de aquir. possess. l. i. ff. pro donato. l. si iure. alias autem qui nullo titulo poßidere incipit, sed sua auctoritate usurpat præ
31 scribere non potest, * xvi. q. iii. c. post. ¶ Causam. idest titulum qui est causa pscriptionis. C. de rei uend. l. nullo. ¶ Ipso facto. sic sup. de elect. c. sciant. ¶ Offitio. idest offitii spiritualis executione. ¶ Administrationem. scilicet temporalium sic de solution. c. si quorundam, ubi de hoc. ¶ Denuntiare. hoc sumptum est ex lege in auth. de non alien. aut permut. §. ii. qui incip. in cōmuni. coll. ii. Nota ergo ius nouum, ut clericus uidens prælatū
32 suum delinquere, teneatur hoc denuntiare, * arg. xxiii. q. iiii. c. ipsa pietas, quod si nō fecerit punitur, ut hic dicitur, et. ii. q. vii.
33 c. quapropter, nam, & si iurasset se non accusaturum posset * denuntiare, arg. sup. de iureiur. l. quemadmodum. in fin. & etiam si
34 promisit obedientiam posset accusare, * ut de accus. c. ex parte cum eius intersit, ut eo. tit. c. illa. ¶ Triennio. hanc clausulam referas b tā ad suspensionē prælatorū. quā clericorū. ¶ Hactenus.
35 idem si post editionem huius constitutionis c intra duos * menses ratio, in auth. ut fact. non constit. in ipsa Rub. in prin. coll. v. & ne cler. uel monac. c. fin. & de sent. exc. c. nouerit, sup. de con-
36 suet. c. ii. ¶ Competentem. scilicet trinam, * xii. q. ii. c. indigne. xvi. q. vii. c. omnes, & de sent. exc. c. sacro, & sup. de const. c. ex litteris, nisi aliter facti neceßitas, id suadeat moderari, ut
37 unica fiat, * ut de sent. exc. c. constitutione. xxiiii. q iii. c. de illicita. ¶ Exegerant. quod primo factum præsumitur, arg. sup. de

a Dominiū, ac possessio ex inutili cōtractu.

b Hāc clausulæ relationem. Io. an. hic. ascribit noiatim Gul.

c Hanc eandē interpretatione refert, ac approbat Io. And. & expreßim Gul. ascribit. Maiol.

renunt. c. super hoc, & sup. de presump. c. quia uerisimile, arg. cō-
tra. ff qđ met. cauſ. c. non est uerisimile, & not. quod is cui prope-
ter metum res traditur, fit rei dn̄s, * licet sit arg. contra. xv. 38
q. vi. c. i. in prin. Sed datur metū passo actio quod metus causa ad
repetendum si traddidit, uel exceptio si non traddidit, ut. ff. quod
met. cauſ. l. metum. §. sed quod prætor, & . §. ex hoc edicto si ta-
men primo coactus promisit, & postea sponte traddidit no [illegible] excu-
sat * coactio, ut C. quod met. cauſ. l. ii. & qui cler. uel uouen. c. in 39
sinuante, & de eo qui dux. in matr. c. significauit, & idē sup. quod
met. cauſ. c. absolutionis. ¶ Innodati. ipso facto, est ergo canon
iste hodie latæ sententiæ, sed prius potuisset propter hoc excom-
municari, ut sup. de sent. exc. c. delicto. ¶ Contractum. puta si est
contractus emphitheoticus accipiant quod iura concedunt, & nō
ultra, & si est contractus uenditionis similiter, & sic de aliis a
¶ Lege. idest pacto, nam lex dicitur * pactū. C. de pact. l. legē, 40
& contractus ex conuentione legem accipiunt. ff. de satis. l. i. §.
si conuenit, quandoq; lex ponitur pro consuetudine, ut de sponsal.
c. i. ¶ Legitime. scilicet tertio, ut sup. ¶ De restituendo. quia nō
sufficit abstinere a grauaminibus, nisi usurpata restituantur, * 41
ut de usur. c. cum tu. xiiii. q. vi. c. si res. ¶ Terram ipsorum. sup.
de postul. prelat. c. i. & de sponsal. c. non est nobis. ¶ Procedatur.
supple per prælatū Ecclesiæ grauatæ si terra usurpata sit sibi
subiecta, nam hoc casu poterit b esse iudex in facto suo * ut de 42
uerbor. signif. c. ex parte. i. ubi de hoc secundum Pap. i & de
sent. exc. c. delicto alias per illū in cuius diœcesi sita est possessio
usurpata, ut sup. de for. comp. c. sanè, & c. fin. C. ubi de crimin
ag. op. auth. qua in prouincia.

a Lex idest pactū, & lex pro consuetudine.

b Iudex in facto proprio, casus sanè singularis. Multos alios ponit Specul. in Repert. suo, in ti. de off. ordin. uers. An Eps, & tit. de pæn. uers. an iudex. Maiol.

DE RELIGIOSIS DOMIBVS VT EPISCOPO sint subiectæ. RVB. X.

SVMMARIVM.

1 NIMIVM uertitur in uitium.
2 [illegible] penè immensum nullum reperitur.
3 Infinitas re[illegible]obatur.

4 *Multitudo onerosa nihil habet honesti.*
5 *Deus non propitiatur in multitudine sacrificiorum.*
6 *Ministros multos habere malos, deterius est quã paucos bonos.*
7 *Concilium sub Innoc. iii. quando celebratum.*
8 *Conceduntur quandoque non concedenda ob importunitatem.*
9 *Inualida sunt quæ per nimiam sollicitudinem sunt elicita.*
10 *Audacia impudens est refrenanda.*
11 *Legis uiolatæ reus habetur qui sperat quod contra legem est.*
12 *Collegium statui non potest absq; principis licentia.*
13 *Mendicantibus ualidis non est eleemosina largienda, sed pœna.*
14 *Paulus Apostolus uictum sibi manibus quærebat.*
15 *Apostolici sunt qui uerbum Dei tenere noscuntur.*
16 *Effrenata multitudo. & quid effrenatum esse.*
17 *Religionis nouæ habitum pro uelle suo assumentes puniendi.*
18 *Religionum uarietas etiam in Monialibus, & fœminis reformanda.*
19 *Mendicitas reprobatur.*
20 *Paupertas non est de genere malorum.*
21 *Siue dictio pro idest.*
22 *Terram ingredi non licet duabus uiis.*
23 *Professor quot modis dicatur.*
24 *Religioni semel addictus ad seculum redire non potest.*
2 *Ecclesia nemini laqueum debet iniicere.*
26 *Religioni quæ non potest aquirere potest immobile aliquod legari, ut uendatur. & pecunia cõuertatur in alimoniã monasterij.*
27 *Venire ad aliquem non dicitur legatum si non sit apud eum mansurum.*
28 *Ecclesiam de nouo ædificare prohibitus, non prohibetur ueterem restaurare.*
29 *Sacra loca non possunt ullo modo ad prophanos usus conuerti.*
30 *Religionem prohibitam intrans quantum ad se obligatur religioni in genere.*
31 *Ratio summa est semper quæ pro religione facit.*
32 *Actum si non ualet ut actum ualeat, ut ualere potest.*
33 *Animo consistentia iuramento proprio confirmantur.*

